Pars altera probationum, quæ est tota *in arte*, constatque rebus ad faciendam fidem appositis, plerumque aut omnino negligitur, aut levissime attingitur ab iis qui argumenta, velut horrida et confragosa, vitantes, amœnioribus locis desident; neque aliter quam qui traduntur a poetis gustu cujusdam apud Lotophagos graminis, et sirenum cantu deliniti, voluptatem saluti prætulisse, dum laudis falsam imaginem persequuntur, ipsa, propter quam dicitur, victoria cedunt.

Atqui cetera, quæ continuo magis orationis tractu decurrunt, in auxilium atque ornamentum argumentorum comparantur, nervisque illis, quibus causa continetur, adjiciunt superinducti corporis speciem; ut, si forte quid factum *ira*, vel *metu*, vel *cupiditate* dicatur, latius, quæ ejusque affectus natura sit, prosequamur: iisdem *laudamus*, *incusamus*, *augemus*, *minuimus*, *describimus*, *deterremus*, *querimus*, *consolamur*, *hortamur*. Sed horum esse opera in rebus,

point l'utilité de ce qui plaît, moins encore de ce qui émeut : cependant ces moyens n'ont de puissance réelle qu'autant que le juge se croit bien éclairé; et l'on ne parvient à l'éclairer qu'à l'aide de l'argumentation et de tout ce qui fonde la conviction.

Avant d'entrer dans la distinction des différentes espèces de preuves artificielles, je crois nécessaire de faire remarquer ce qu'elles ont de commun. Et d'abord, toute question roule sur une chose ou sur une personne, et l'on n'argumente jamais que sur ce qui concerne l'une ou l'autre; de plus, la chose ou la personne se considèrent en elles-mêmes, ou relativement à d'autres, etc.; ensuite il n'y a pas de preuve qui ne se tire ou des *conséquents*, ou des *contraires*, et tout cela appartient évidemment, soit à un temps passé, soit au temps actuel, soit à celui qui a suivi; enfin, rien ne se prouve que par comparaison avec un autre objet, lequel est ou plus grand, ou égal, ou moindre. Pour les *arguments*, on les trouve ou dans les questions qu'on peut envisager en elles-mêmes, et sans acception de personnes ni de choses, ou dans la cause, lorsqu'on y découvre une considération particulière à l'objet dont il s'agit.

Remarquons, en outre, à l'égard de toutes les preuves, que les unes sont *évidentes*, les autres *vraisemblables*, et qu'il en est dont on peut dire qu'elles n'ont rien qui répugne. Toutes d'ailleurs se

aut certis, aut de quibus tamquam certis loquimur, potest; nec abnuerim esse aliquid in *delectatione*, multum vero in *commovendis affectibus*; sed hæc ipsa plus valent, quum se didicisse iudex putat; quod consequi nisi argumentatione, aliaque omni fide rerum, non possumus.

Quorum priusquam partiamur species, indicandum reor, esse quædam in omni probationum genere communia; nam neque ulla quæstio est quæ non sit, aut *in re*, aut *in persona*; neque esse argumentorum loci possunt, nisi in iis, quæ *rebus*, aut *personis* accidunt; eaque aut per se inspicuntur, aut ad aliud referri; nec ulla confirmatio, nisi aut *ex consequentibus*, aut *ex repugnantibus*; et hæc necesse est, aut *ex præterito tempore*, aut *ex conjuncto*, aut *ex sequenti* petere; nec ulla res probari nisi ex alia potest; eaque sit oportet, aut *major*, aut *par*, aut *minor*. *Argumenta* vero reperiuntur, aut in *quæstionibus*, quæ etiam separatæ a complexu rerum personarumque spectari per se possint; aut *in ipsa causa*, quum invenitur aliquid in ea, non ex communi ratione ductum, sed ejus judicii, de quo cognoscitur, proprium.

Probationum præterea omnium aliæ sunt *necessariæ*, aliæ *credibiles*, aliæ *non repugnantibus*. Et adhuc, omnium probationum quadruplex ratio est; ut vel, quia

réduisent aux quatre raisonnements suivans : Telle chose est, parce que telle autre n'est pas : *Il est jour, donc il n'est pas nuit*; telle chose est, parce qu'elle coexiste avec telle autre : *Le soleil est sur l'horizon, donc il est jour*; de ce que telle chose n'est pas, on conclut que telle autre est : *Il n'est pas nuit, donc il est jour*; enfin, de ce que telle chose n'est pas, on infère que telle autre n'est pas non plus : *Ce n'est pas un être raisonnable, donc ce n'est pas un homme*.

Ces généralités posées, je passe aux parties de la preuve.

CHAPITRE IX

Des signes.

Toute preuve artificielle consiste dans des signes, dans des arguments, ou dans des exemples. La plupart des rhéteurs, je le sais, comprennent les signes parmi les arguments; mais moi, j'ai deux raisons pour ne les pas confondre : la première, c'est que les signes appartiennent, ou peu s'en faut, à ces preuves qui ne tiennent point à l'art : en effet, des vêtements ensanglantés, des cris, des taches livides, et autres choses semblables, sont des pièces au procès, comme les actes, les rumeurs publiques, les témoins; l'orateur n'a pas à les imaginer, ils lui sont apportés par la cause même; la seconde, c'est que, ou les signes sont indubitables, et alors ce ne sont pas des arguments, puisque ce qui existe

est aliquid, aliud non sit, ut, *Dies est, nox non est* : vel, quia est aliquid, et aliud sit, *Sol est super terram, dies est* : vel, quia aliquid non est, aliud sit, *Nox non est, dies est* : vel, quia aliquid non est, nec aliud sit, *Non est rationalis, nec homo est*.

His in universum prædictis partes subjiciam.

CAPUT IX

De signis.

Omnis igitur probatio artificialis constat, aut *signis*, aut *argumentis*, aut *exemplis*; nec ignoro plerisque videri *signa* partem argumentorum; quæ mihi separandi ratio hæc fuit prima, quod sunt pæne ex illis inartificialibus : *cruenta enim vestis, et clamor, et livor, et talia, sunt instrumenta, qualia tabulæ, rumores, testes*; nec inveniuntur ab oratore, sed ad eum cum ipsa causa deferuntur; altera, quod *signa*, sive indubitata sunt, non sunt argumenta; quia, ubi illa sunt, quæstio non est; argumento autem, nisi in re controversa,

ne fait pas question, et qu'il n'y a lieu à argumenter que sur les choses controversées; ou ces signes sont douteux, et alors ce ne sont pas non plus des arguments, mais des circonstances qu'il faut prouver par des arguments.

Or on divise les signes en deux classes : les signes certains, indubitables, comme j'ai dit, et les signes incertains ou douteux.

Les premiers, que les Grecs appellent τεκμήρια, ἄλυστα σημεῖα, portent avec eux leur évidence, et j'hésite, en vérité, à les considérer comme appartenant aux préceptes de l'art. En effet, dès qu'un signe est irrécusable, il ne peut comporter de discussion, et c'est ce qui arrive lorsqu'il y a nécessité qu'une chose soit ou ait été; et réciproquement qu'une chose ne soit pas ou n'ait pas été. Cela reconnu dans une cause, il ne peut plus y avoir débat sur le fait.

Ce genre de preuves s'apprécie par rapport au temps; ainsi : *Une femme est accouchée, donc elle a eu commerce avec un homme* : voilà pour le passé; *Quand la mer est violemment agitée par les vents, il y a des flots* : voilà pour le présent; *Quiconque est blessé au cœur doit mourir* : voilà pour le futur. De même : *On ne peut recueillir où l'on n'a pas semé; On ne peut pas être à Rome, si l'on est à Athènes; Quiconque a été blessé par un fer tranchant doit avoir une cicatrice*. Quelques signes sont également certains en les retournant : *Qui respire vit; Qui vit respire*.

locus esse non potest; sive dubia, non sunt argumenta, sed ipsa argumentis egent.

Dividuntur autem in has primas duas species, quod eorum alia sunt, ut dixi, quæ necessaria sunt, alia quæ non necessaria.

Præiora illa sunt, quæ aliter habere se non possunt, quæ Græci vocant τεκμήρια, ἄλυστα σημεῖα, quæ mihi vix pertinere ad præcepta artis videntur; nam, ubi est signum insolubile, ibi ne lis quidem est. Id autem accidit, quum quid aut necesse est fieri, factumve esse; aut omnino non potest fieri, vel esse factum; quo in causis posito, non est lis facti.

Hoc genus per omnia tempora perpendi solet; nam et *coïsse eam cum viro*, quæ peperit (quod est præteriti), et *fluctus esse, quum magna vis venti in mare incubuit* (quod conjuncti), et *eum mori, cujus cor est vulneratum* (quod futuri) necesse est; nec fieri potest, ut *ibi messis sit, ubi solum non est*; ut *quis Romæ sit, quum est Athenis*; ut *sit ferro vulneratus, qui sine cicatrice est*. Sed quædam et retrorsum idem valent, ut, *vivere hominem, qui spirat; et spirare*

D'autres ne le sont plus si on les retourne; car, *de ce que marcher c'est se mouvoir*, il ne s'ensuit pas que *se mouvoir soit marcher*. Une femme peut avoir eu commerce avec un homme et ne pas enfanter; Il a pu y avoir des flots dans la mer, sans qu'il y eût de vents; On peut mourir, quoiqu'on n'ait pas été frappé au cœur; On peut avoir semé là où l'on n'a rien recueilli; Celui qui n'a pas été à Athènes peut n'avoir pas été à Rome; On peut avoir une cicatrice, et n'avoir pas été blessé par un fer tranchant.

Les seconds, seulement vraisemblables, εἰκότα, quoiqu'ils ne suffisent pas pour lever toute incertitude, ont cependant beaucoup de poids, réunis à d'autres inductions.

On appelle *signe*, ou, suivant quelques-uns, *indice*, et, suivant quelques autres, *vestige*, ce qui sert à reconnaître une chose par le moyen d'une autre, comme le meurtre se préjuge par des traces de sang. Cependant, comme il se peut que le sang d'une victime ait rejailli sur les vêtements d'un homme, pendant qu'il assistait à un sacrifice, ou qu'il ait eu un saignement de nez, des habits ensanglantés ne prouvent pas toujours un homicide; mais cette présomption devient un témoignage accablant, jointe à d'autres circonstances : si vous étiez ennemi du mort, si vous lui aviez fait des menaces, si vous avez été vu dans le même lieu que lui; ce concours change en certitude ce qui n'était que des soupçons.

qui vivit : quædam in contrarium non recurrunt; neque enim, quia movetur, qui ingreditur, iccirco qui movetur ingreditur. Quare potest et coïsse cum viro, quæ non peperit; et non esse ventus in mari, quum esset fluctus; neque utique cor ejus vulneratum esse, qui perit; ac similiter satum fuisse potest, ubi non fuit messis; nec fuisse Romæ, qui non fuit Athenis; nec fuisse ferro vulneratus, qui habet cicatricem.

Alia sunt signa non necessaria, quæ εἰκότα Græci vocant; quæ, etiamsi ad ollendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen adjuncta ceteris, plurimum valent.

Signum vocant, ut dixi, σημεῖον, quamquam id quidam *indicium*, quidam *vestigium* nominaverunt, per quod alia res intelligitur, ut *per sanguinem cædes*; at, quia sanguis vel ex hostia respersisse vestem potest, vel e naribus profluxisse; non utique, qui vestem cruentam habuerit, homicidium fecerit. Sed, ut per se non sufficit, ita ceteris adjunctum, testimonii loco ducitur, *si nimicus, si minatus ante, si eodem loco fuit*: quibus signum quum accessit, efficit, ut, quæ suspecta erant, certa videantur.

Il y a encore d'autres signes, tels que les taches livides sur le corps, les tumeurs, que chaque partie explique à sa manière; car ce peuvent être des traces de poison ou d'intempérance, de même qu'une blessure dans le sein peut être la suite d'un assassinat ou d'un suicide : tous ces signes ont également besoin d'être fortifiés par des inductions qui s'y rattachent.

Hermagoras range aussi parmi les signes, mais parmi les signes *douteux*, ce qui résulte des habitudes, par exemple : Atalante n'était pas vierge, *parce qu'elle était sans cesse à courir les bois avec les jeunes gens*. Mais, si l'on admet cette espèce de signe, je crains bien qu'on n'en voie dans toutes les inductions qui se peuvent tirer d'un fait : aussi traite-t-on les inductions comme des signes; car, lorsque les juges de l'aréopage condamnèrent un enfant pour avoir arraché les yeux à des cailles, que firent-ils, sinon de considérer cette action comme le *signe* d'un naturel pervers, qui n'en deviendrait que plus dangereux avec l'âge? C'est ainsi que la popularité de Spurius Mélius et de Marcus Manlius fut regardée comme un signe qu'ils aspiraient à la souveraine puissance. Mais, encore un coup, cela nous mènerait trop loin; car, si c'est pour une femme un signe d'adultère de se baigner avec des hommes, c'en sera un de manger habituellement avec des jeunes gens, c'en sera un d'avoir des liaisons d'amitié avec quelqu'un. Peut-être aussi une propreté trop recherchée, de l'afféterie dans la démarche, des vêtements longs et trainants, seront-ils les in-

Alioqui sunt quædam signa utriusque parti communia, ut *livores, tumores*, nam videri possunt et *veneficii et cruditatis*, et *vulnus in pectore*, sua manu, et aliena perisse dicentibus, in quo est; hæc perinde firma habentur, atque extrinsecus adjuvantur.

Eorum autem, quæ *signa* sunt quidem, sed *non necessaria*, genus Hermagoras putat, *non esse virginem Atalantam, quia cum juvenibus per silvas vagetur*; quod si receperimus, vereor, ne omnia, quæ ex facto ducuntur, signa faciamus; eadem tamen ratione, qua signa, tractantur. Nec mihi videntur areopagitæ, quum damnaverunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud iudicasse, quam id signum esse perniciosissimæ mentis, multisque malo futuræ, si adolevisset; unde Spurii Mælii, Marcique Manlii popularitas, signum affectati regni est existimatum. Sed vereor, ne longe nimium nos ducat hæc via: nam, si est signum adulteræ, lavari cum viris; erit et convivere cum adolescentibus, deinde etiam familiariter alicujus amicitia uti: ut fortasse corpus vulsum, fractum incessum, vestem muliebrem. dixerit mollis et parum viri

dices d'une vie molle et efféminée, s'il est vrai que le signe soit, à proprement parler, ce qui frappe nos yeux par ses rapports avec l'objet dont il s'agit, et que ces habitudes trahissent, en effet, de mauvaises mœurs, comme des traces de sang décèlent un meurtre.

Généralement aussi on appelle *signes* ce qu'on a eu occasion d'observer le plus souvent; tels sont ces pronostics dans les *Géorgiques* de Virgile : *Quand la lune est rouge, elle annonce du vent; La corneille, de mauvais augure, appelle la pluie à plein gosier.* Que si ces causes tiennent à l'état du ciel, on a raison de les appeler des signes; car, si réellement la lune est rouge quand il doit y avoir du vent, cette rougeur sera signe de vent; et si, comme le dit le même poète, l'air atmosphérique influe sur le chant des oiseaux, selon qu'il est ou plus dense ou plus rare, ce sera encore un signe infallible. Enfin, de petites choses sont quelquefois les signes précurseurs de grands événements, comme cette même corneille dans Virgile. Quant aux grandes causes qui produisent de petits effets, cela n'a droit de surprendre personne.

CHAPITRE X

Des arguments.

Parlons maintenant des *arguments*. Sous ce nom générique nous confondons ce que les Grecs distinguent sous ceux d'enthy-

signa, si cui, quum signum id proprie sit, quod ex eo, de quo quæritur, natum sub oculos venit, ut sanguis e cæde, ita illa ex impudicitia, fluere videantur.

Ea quoque quæ, quia plerumque observata sunt, vulgo signa creduntur, ut prognostica,

. . . . Vento. . . . rubet aurea Phœbe;

et,

. . . . Cornix plena pluviam vocal improba voce;

si causas ex qualitate cœli trahunt, sane ita appellentur. Nam, si vento rubet luna, signum venti est rubor; et si, ut idem poeta colligit, densatus et laxatus aer facit, ut sit inde *ille avium concentus*, idem sentiemus; sunt autem signa etiam parva magnorum, ut vel hæc ipsa cornix; nam, majora minorum esse, nemo miratur.

CAPUT X

De argumentis.

Nunc de *argumentis*: hoc enim nomine complectitur omnia, quæ Græci ἐνθυ-

mêmes, d'épichérèmes et de démonstrations. Ces mots expriment bien chez eux quelques nuances; mais, au fond, toutes ces formes de raisonnement tendent à peu près au même but.

L'enthymème, pour me servir ici de ce terme grec que nous ne pouvons rendre qu'imparfaitement par nos mots *commentum* et *commentatio*, a diverses significations : ou l'on entend par là toute proposition en général, et ce n'est pas de cette sorte d'enthymème que nous parlons maintenant, ou l'on entend une proposition revêtue des formes du raisonnement, ou, enfin, on entend une certaine conclusion d'argument, tirée des *conséquents* ou des *contraires*, bien qu'on s'accorde peu sur cette dernière définition, puisque les uns veulent que la conclusion tirée des conséquents soit plutôt un épichérème, et que d'autres, en plus grand nombre, ne reconnaissent pour véritable enthymème que la conclusion tirée des contraires, et que Cornificius l'appelle, en conséquence, un argument *a contrario*. D'autres l'ont appelé *syllogisme de rhétorique*; d'autres, *syllogisme imparfait*, parce qu'il n'est pas renfermé dans les termes rigoureux d'une proposition logique, ce dont l'orateur peut se passer.

Quant à l'épichérème, Valgius lui donne le nom d'*agression*; Celsus pense que l'épichérème ne consiste pas dans la forme que nous donnons au raisonnement, mais dans le raisonnement lui-même, c'est-à-dire dans l'argument par lequel nous nous propo-

μήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant, quamquam apud illos est aliqua horum nominum differentia, etiamsi vis eodem fere tendit.

Nam *enthymema*, quod nos *commentum* sanc, aut *commentationem* interpretemur, quia aliter non possumus, græco melius usuri, unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat; sed nunc de eo non loquimur; alterum, quo sententiam cum ratione; tertium, quo certam quamdam argumenti conclusionem, vel ex consequentibus, vel ex repugnantibus; quamquam de hoc parum convenit; sunt enim, qui illud prius *epichirema* dicant; pluresque invenies in ea opinione, ut id demum, quod pugna constat, *enthymema* accipi velint; et ideo illud Cornificius *contrarium* appellat. Hunc alii *rhetoricum syllogismum*, alii *imperfectum syllogismum* vocaverunt, quia nec distinctis, nec totidem partibus concluderetur; quod sane non utique ab oratore desideratur.

Epicherema Valgius *aggressionem* vocat; Celsus autem judicat, non nostram administrationem, sed ipsam rem, quam aggredimur, id est argumentum, quo

sons de prouver quelque chose, quand même cet argument ne serait pas explicitement développé, pourvu qu'il soit déjà nettement dans notre esprit. D'autres veulent que ce soit, non un argument mental ou ébauché, mais un argument parfait et descendant jusqu'à l'espèce. Aussi l'usage le plus constant est-il de ne donner le nom d'épichérème qu'à une proposition renfermant une pensée en trois parties. Quelques-uns ont appelé l'épichérème une raison : Cicéron le définit un *raisonnement*, ce qui est mieux, quoiqu'il semble avoir plus heureusement appliqué ce nom au syllogisme; car il appelle l'état syllogistique, un état de *raisonnement*, et s'appuie, à cet égard, d'exemples pris dans les philosophes. Cependant, comme il y a quelque affinité entre le syllogisme et l'épichérème, il a pu, par extension, donner ce nom à l'épichérème.

La démonstration est une preuve évidente du genre de celles que les géomètres appellent *démonstrations linéaires*, γραμμικαὶ ἀποδείξεις. Selon Cécilius elle ne diffère de l'épichérème que dans la manière de conclure, et la démonstration est un épichérème imparfait, par la même raison qu'on dit que l'enthymème diffère du syllogisme, dont il fait cependant partie. Quelques auteurs croient que la démonstration est comprise dans l'épichérème, et qu'elle en est la preuve; mais, quelle que soit la divergence des opinions sur ce point, tous s'accordent à définir l'une et l'autre, *la manière de*

aliquid probaturi sumus, etiamsi nondum verbis explanatum, jam tamen mente conceptum, *epichirema* dici. Aliis videtur, non destinatum, vel inchoatum, sed perfectam probationem hoc nomen accipere, et ultimam speciem; ideoque propria ejus appellatio, et maxime in usu posita est, qua significatur certa quædam sententiæ comprehensio, quæ ex tribus minimum partibus constat. Quidam *epichirema rationem* appellarunt; Cicero melius, *ratiocinationem*; quamquam et ille nomen hoc duxisse magis a syllogismo videtur; nam et statum syllogisticum, *ratiocinativum* appellat, exemplisque utitur philosophorum; et, quoniam est quædam inter *syllogismum* et *epichirema* vicinitas, potest videri hoc nomine recte abusus.

Ἀποδείξις est *evidens probatio*, ideoque apud geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. Hanc et ab *epichiremate* Cæcilius putat differre solo genere conclusionis, et esse *apodixin imperfectum epichirema*, eadem causa, qua diximus *enthymema syllogismo* distare; nam et *enthymema* syllogismi pars est: quidam inesse *epichiremati apodixin* putant, et esse partem ejus confirman-tem. Utrumque autem, quamquam diversi auctores, eodem modo finiunt, u

prouver des choses douteuses par des choses qui ne le sont pas, ce qui est la nature de tous les arguments; car on ne peut pas établir le certain par l'incertain. Les Grecs comprennent toutes ces sortes d'arguments sous le nom générique de *πίστεις*, qu'en suivant le sens littéral nous pourrions appeler *fides*, mais que nous traduirons plus clairement par le mot *probatio*, preuve.

A l'égard du mot *argument*, il a aussi plusieurs significations, car on appelle *arguments* les fictions qu'on accommode pour la scène; et Pédianus, prenant pour sujet d'explication les *Oraisons* de Cicéron : L'ARGUMENT, dit-il, *est tel*. Enfin, Cicéron lui-même écrit à Brutus : *Craignant qu'on ne pût en induire quelque chose de fâcheux pour notre cher Caton, quoique l'ARGUMENT soit bien différent*, etc.; d'où l'on voit qu'on désigne par là tout ce qui est destiné à servir de matière au discours; et cela ne doit pas surprendre, puisque ce terme est employé même parmi les artisans; aussi trouve-t-on dans Virgile *argumentum ingens*, et en fait de main-d'œuvre, tout ce qui est un peu considérable s'appelle-t-il *argumentosum*. Mais l'*argument* dont il est question ici est ce qui fonde la *preuve*, l'*indice*, la *conviction*, le *point d'attaque*; tous noms exprimant la même chose, mais comportant, je crois, quelques distinctions, car la preuve et la conviction s'établissent, non-seulement par des arguments, qui sont l'œuvre du raisonnement, mais encore par des circonstances qui sont étrangères à l'art; et quant au signe que le

sit ratio per ea, quæ certa sunt, incertis fidem non dubiam afferens; quæ natura est omnium argumentorum; neque enim certa incertis declarantur: hæc omnia generaliter *πίστεις* appellant; quod etiamsi propria interpretatione dicere *fidem* possumus, apertius tamen *probationem* interpretabimur.

Sed *argumentum* quoque plura significat. Nam et fabulæ ad actum scenarum compositæ, *argumenta* dicuntur; et orationum Ciceronis velut thema ipse exponens Pédianus, *Argumentum*, inquit, *tale est*; et ipse Cicero ad Brutum ita scribit, *Veritus fortasse, ne nos in Catonem nostrum transferremus illinc mali quid, etsi argumentum simile non erat*; quo apparet, omnem ad scribendum destinatam materiam ita appellari. Nec mirum quum id inter opifices quoque vulgatum sit, unde Virgilius, *Argumentum ingens*; vulgoque paulo numerosius dicitur *argumentosum*; sed nunc de eo dicendum *argumento* est, quod *probationem*, *indicium*, *fidem*, *aggressionem*, ejusdem rei nomina, facit; parum distincte, ut arbitrator. Nam *probatio* et *fides* efficitur non tantum per hæc, quæ

même rhéteur appelle *indice*, j'ai déjà fait voir qu'on ne devait pas le confondre avec les arguments.

L'argument donc étant une opération de l'esprit qui, pour parvenir à la preuve, procède de conséquence en conséquence, et confirme ce qui est douteux par ce qui ne l'est pas, il est indispensable qu'il y ait dans toute cause un point qui n'ait pas besoin d'être prouvé; autrement sur quoi fonder sa preuve sans quelque chose de vrai ou qui paraisse tel, pour étayer ce qui est douteux?

Or nous tenons pour *certain* d'abord ce qui tombe sous les sens, comme ce que nous voyons, ce que nous entendons, tels sont les signes; ensuite ces maximes généralement reconnues, par exemple, *qu'il y a des dieux, qu'on doit honorer ses parents*; puis, ce qui est prévu par la législation, ou ce qui est passé en usage, je ne dis pas seulement chez tous les peuples en général, mais dans le pays, dans la cité où l'on plaide, comme ces diverses coutumes introduites dans la jurisprudence, et qui résultent des mœurs et non des lois; enfin, ce dont les deux parties conviennent, ce qui à été prouvé au procès, ce que l'adversaire lui-même ne nie point. On pourra donc faire l'argument suivant : *Puisque le monde est régi par une providence, ne faut-il pas aussi que la république soit administrée?* car, s'il est évident qu'un modérateur suprême gouverne le monde, on en peut conclure que la république a besoin d'être gouvernée.

sunt rationis, sed etiam per inartificialia; *signum* autem, quod ille *indicium* vocat, ab argumentis jam separavi.

Ergo, quum sit *argumentum*, *ratio* probationem præstans, qua colligitur aliquid per aliud, et quæ, quod est *dubium*, per id, quod *dubium* non est, confirmat; necesse est esse aliquid in causa, quod probatione non egeat. Alioqui nihil erit, quod probemus, nisi fuerit, quod aut sit verum, aut videatur, ex quo dubiis fides fiat.

Pro certis autem habemus primum, quæ sensibus percipiuntur, ut, quæ videmus, audimus; qualia sunt *signa*; deinde ea, in quæ communi opinione consensum est, *Deos esse, Præstandam pietatem parentibus*; præterea, quæ legibus cauta sunt; quæ persuasionem, etiamsi non omnium hominum, ejus tamen civitatis aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta sunt; ut pleraque in jure, non legibus, sed moribus constant: si quid inter utramque partem convenit; si quid probatum est; denique, cuicumque adversarius non contradicit; sic enim fiet *argumentum*. *Quum providentia mundus regatur; administranda est respublica: ut administranda respublica sit, si liquebit mundum providentia regi.*

Pour manier les arguments avec justesse, il faut bien connaître la force et la nature de chaque chose, et quels en sont les effets les plus ordinaires. De là naît ce qu'on appelle la vraisemblance, que l'on divise en trois degrés : le premier, qui a beaucoup de solidité parce qu'il se trouve ordinairement vrai : *un père aime ses enfants*; le second, plus près encore en quelque sorte de la vérité : *celui qui se porte bien aujourd'hui verra le lendemain*; le troisième, qui n'a seulement rien qui répugne : *un vol fait dans une maison l'a été par quelqu'un qui l'habitait*. Voilà pourquoi Aristote, dans son second livre *sur la Rhétorique*, examine avec tant de soin ce qui est particulier aux personnes et aux choses, et en quoi les unes et les autres ont des affinités ou des répugnances naturelles; quelles sont les suites qu'engendrent les richesses, l'ambition, la superstition; ce que les gens de bien estiment, à quoi s'attachent les méchants; quels sont les goûts de l'homme de guerre, quels sont ceux de l'habitant des campagnes; comment on témoigne son aversion ou son penchant pour chaque chose. Je me dispenserai de suivre ce philosophe dans ces distinctions; cela serait trop long, disons même impossible, ou plutôt infini : d'ailleurs, chacun peut y suppléer par son intelligence, et puis, si on le désire, on peut consulter la source que je viens d'indiquer.

Toutes les vraisemblances sur lesquelles se fonde, en majeure partie, l'argumentation, découlent de propositions pareilles à

Debet etiam nota esse recte argumenta tractaturo vis et natura omnium rerum, et quid quæque earum plerumque efficiat; hinc enim sunt, quæ εἰκότα dicuntur. *Credibilem* autem genera sunt tria : unum firmissimum, quia fere accidit, ut, *Liberos a parentibus amari*; alterum velut propensius, *Eum, qui recte valeat, in crastinum perventurum*; tertium tantum non repugnans, *In domo furtum factum ab eo, qui domi fuit*. Ideoque Aristoteles in secundo de Arte Rhetorica libro diligentissime est exsecutus, quid cuique rei, et quid cuique homini soleat accidere; et quas res, quosque homines, quibus rebus, aut hominibus, vel conciliasset, vel alienasset ipsa natura : ut, *divitias quid sequatur, aut ambitum, aut superstitionem; quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid rustici; quo quæque modo res vitari vel appeti soleat*. Verum hoc exsequi mitto; non enim longum tantum, sed etiam impossibile, aut potius infinitum est : præterea positum in communi omnium intellectu; si quid tamen desideravit, a quo peteret, ostendi.

Omnia autem credibilia, in quibus pars maxima consistit argumentationis,

celles-ci : *Est-il croyable qu'un fils ait tué son père? ou qu'un père ait commis un inceste avec sa fille?* et contrairement : *Le poison ne peut-il pas se présumer de la part d'une marâtre, l'adultère de la part d'un débauché?* En voici d'autres encore : *Si on a pu commettre un crime en plein jour, ou se prêter à un faux pour une faible somme.* En effet, tout cela se juge par des espèces d'inductions morales qui sont le plus souvent vraies, mais qui ne le sont pas toujours; autrement ce seraient choses indubitables, et non pas des arguments.

Examinons maintenant quels sont les lieux qui fournissent aux arguments. Certaines gens regardent comme tels ceux dont j'ai parlé plus haut; toutefois je n'appelle pas proprement *lieux*, comme on l'entend aujourd'hui, ces déclamations sur le luxe, l'adultère, et autres choses semblables, mais bien les endroits où résident et se cachent les arguments, et d'où il faut les extraire; car toutes les terrés n'ont pas les mêmes productions, et on ne peut trouver certaines espèces d'oiseaux et d'animaux qu'aux climats où ils naissent et où ils habitent; parmi les poissons, les uns se plaisent dans la haute mer, les autres près des rochers, et ils diffèrent suivant les régions, suivant les côtes : ainsi, par exemple, on tenterait en vain d'attirer dans nos parages le sarget ou tel autre poisson; de même aussi tous les arguments ne sont pas partout, et il ne faut pas les chercher en aveugle : autrement, on s'égarerait, et, après s'être donné bien du mal, on serait trop heu-

ex hujusmodi fontibus fluunt, An credibile sit, a filio patrem occisum, incestum cum filia commissum? et contra, *veneficium in noveca, adulterium in luxurioso?* Illa quoque *An scelus palam factum? An falsum propter exiguam summam?* quia suos quidque horum volut mores habet, plerumque tamen, non semper; alioqui indubitata essent, non argumenta.

Excusiamus nunc argumentorum locos; quamquam quibusdam hi quoque, de quibus supra dixi, videntur : *locos* appello, non, ut vulgo nunc intelliguntur, *in luxuriam*, et *adulterium*, et similia; sed *sedes argumentorum, in quibus latent, ex quibus sunt petendu*. Nam, ut in terra non omni generantur omnia, nec avem aut feram reperias, ubi quæque nasci aut morari soleat, ignarus; et piscium quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiam littoribusque discreta sunt, nec helopem nostro mari, aut scarum ducas; ita non omné argumentum undique venit; ideoque non passim quærendum est. Multus alioqui error, et exhausto labore, quod non ratione scru-

reux de devoir au hasard ce qu'on n'aurait pas découvert par la réflexion. Si, au contraire, l'on sait où doit se trouver chaque argument, arrivé à l'endroit qui le recèle, on apercevra clairement tout ce qu'on peut en faire.

C'est surtout *de la personne* qu'il faut tirer ses arguments, puisque, comme je l'ai dit, tous se rapportent ou aux *choses* ou aux *personnes*. La cause, le temps, le lieu, l'occasion, l'instrument, le mode, etc., voilà toutes les circonstances relatives aux choses. A l'égard des personnes, mon intention n'est pas, ainsi que quelques-uns l'ont fait, de détailler tout ce qui peut s'en déduire, mais d'indiquer ce qui peut, en elles, fournir des arguments.

Or voici ce qui y donne lieu : La *naissance*; on est assez porté à juger des enfants par leurs pères ou leurs aïeux, et c'est souvent un préjugé pour leurs bonnes ou leurs mauvaises mœurs. La *nation*; chacune a son caractère qui lui est particulier, et la même chose ne sera pas probable d'un Romain, d'un Grec ou d'un Barbare. La *patrie*; il y a des lois, des institutions, des opinions différentes dans chaque pays. Le *sexe*; vous croirez plutôt au vol de la part d'un homme, au poison de la part d'une femme. L'*âge*; tous les âges ne comportent pas les mêmes actions. L'*éducation* et les *maîtres*; il importe de savoir par qui et de quelle manière on a été élevé. La *constitution physique*; on sera porté à supposer un trafic honteux dans la beauté, de la brutalité dans la force; et

tabimur, non poterimus invenire nisi casu : at si scierimus, ubi quodque nascatur; quum ad locum ventum erit, facile, quod in eo est, pervidebimus.

Inprimis igitur argumenta *a persona* ducenda sunt; quum sit, ut dixi, divisio, ut omnia in hæc duo partiamur, *res* atque *personas* : ut *causa*, *tempus*, *locus*, *occasio*, *instrumentum*, *modus*, et cetera, rerum sint accidentia; *personis* autem non, quidquid accidit, exsequendum mihi est, ut plerique fecerunt, sed, unde argumenta sumi possunt.

Ea porro sunt, *Genus*, nam similes parentibus ac majoribus suis plerumque creduntur, et nonnuquam ad honeste turpiterque vivendum inde causæ sunt; *Natio*, nam et gentibus proprii mores sunt, nec idem in Barbaro, Romano, Græco, probabile est; *Patria*, quia similiter etiam civitatum leges, instituta, opiniones habent differentiam; *Sexus*, ut latrocinium facilius in viro, veneficium in femina credas; *Ætas*, quia aliud aliis annis magis convenit; *Educatio et disciplina*, quoniam refert, a quibus et quo quisque modo sit institutus; *Habitus corporis*, ducitur enim frequenter in argumentum, species libidinis,

réciiproquement le contraire amènera des inductions tout opposées. La *fortune*; on ne croira pas d'un homme riche, ayant une famille nombreuse, pourvu d'amis et de clients, ce qu'on croira d'un homme pauvre et privé de tous ces avantages. La *condition*; il y a une grande différence entre un personnage illustre et un homme obscur, un magistrat et un particulier, un père et un fils, un citoyen et un étranger, une personne libre et un esclave, un homme marié et un célibataire, un père de famille qui a des enfants et celui qui a perdu les siens. Les *inclinations*; en effet, l'avarice, la colère, la pitié, la cruauté, la sévérité, et autres penchans semblables, feront qu'on croira ou qu'on ne croira pas à certains actes. Le *genre de vie*; est-il habituellement somptueux, frugal ou sordide? La *nature des occupations*; un campagnard, un avocat, un négociant, un marin, un militaire, un médecin, ont des habitudes toutes différentes. On va jusqu'à scruter la *manie de l'affectation*; si quelqu'un vise à paraître riche ou éloquent, vertueux ou puissant. On revient sur d'*anciennes actions*, sur d'*anciens discours*, car le passé sert à mieux juger du présent; on ajoute à tout cela ces mouvements soudains et involontaires qui s'emparent de l'âme, comme la colère et la peur. A l'égard des *desseins*, ils embrassent le présent, le passé et l'avenir, et quoiqu'ils tiennent aux personnes, je crois qu'on doit les reléguer dans cette partie des arguments que nous tirons des *motifs* : j'en dis autant de cette dis-

robur petulantiaë; his contraria in diversum; *Fortuna*, neque enim idem credibile est in divite, ac paupere, propinquis, amicis, clientibus abundante, et his omnibus destituto; *Conditionis* etiam distantia est, nam clarus an obscurus, magistratus an privatus, pater an filius, civis an peregrinus, liber an servus, maritus an cœlebs, parens liberorum an orbus sit, plurimum distat; *Animi natura*, etenim avaritia, iracundia, misericordia, crudelitas, severitas, aliaque his similia afferunt frequenter fidem, aut detrahunt; sicut *Victus*, luxuriosus, an frugi, an sordidus, quæritur; *Studia*, quoque, nam rusticus, forensis, negotiator, miles, navigator, medicus, aliud atque aliud efficiunt. Intuendum etiam, *quid affectet quisque*; locuples videri an disertus, justus an potens? Spectantur *ante acta dictaque*; ex præteritis enim æstimari solent præsentia: his adjiciunt quidam *Commotionem*; hanc accipi volunt temporarium animi motum, sicut *iram, pavorem*: *Consilia* autem et præsentis et præteriti et futuri temporis; quæ mihi, etiamsi personis accidunt, per se referenda tamen ad illam partem argumentorum videntur, quam *ex causis da-*

position d'esprit d'où nous inférons qu'un tel est ami ou ennemi d'un tel. On met aussi en jeu le *nom* de la personne, et il faut convenir que qui que ce soit n'est à l'abri d'un pareil accident; aussi n'en tire-t-on d'arguments que lorsque ce nom a été donné pour de certaines causes, comme celui de *sage*, de *grand*, de *riche*, etc., ou lorsqu'il a inspiré quelque pensée à celui qui le porte, comme à Lentulus qui s'associa à des complots, parce que les livres des sibylles et les réponses des aruspices promettaient successivement la domination à trois Cornelius, et qu'après Sylla et Cinna il se croyait le troisième, s'appelant lui-même Cornelius. On voit aussi, dans Euripide, que le frère de Polynice lui reproche son nom comme un argument contre son caractère; mais ce jeu de mots m'a toujours paru froid. Convenons pourtant que le nom donne souvent matière à des railleries très-piquantes : aussi Cicéron n'a-t-il pas dédaigné ce genre d'argument contre Verrès.

Voilà à peu près toutes les circonstances qui concernent les personnes. Je n'ai pas prétendu embrasser tout, ni sur cette partie ni sur d'autres; j'ai seulement indiqué la méthode à ceux qui voudront en chercher davantage.

Je passe maintenant aux *choses*; et, comme ce que nous faisons, les *actions*, sont intimement liées aux personnes, nous allons d'abord traiter ce point. Toute action donne lieu aux questions suivantes : Pourquoi a-t-elle été faite? Où? Quand? Comment? Par

cimus; sicut *habitus* quidam animi, quo tractatur, *amicus*, an *inimicus*. Ponunt in persona et *nomen*; quod quidem ei accidere necesse est, sed in argumentum raro cadit; nisi quum aut ex causa datum est, ut, *Sapiens*, *Magnus*, *Plenus*; aut et ipsum alicujus cogitationis attulit causam, ut Lentulo conjunctionis, quod libris Sibyllinis aruspicumque responsis *dominatio dari tribus Corneliiis* dicebatur, seque eum tertium esse credebat post Sullam Cinnamque, quia et ipse Cornelius erat. Nam et illud apud Euripidem frigidum sane, quod nomen *Polynicis*, ut argumentum morum, frater incessit; jocosum tamen ex eó frequens materia, qua Cicero in Verrem non semel usus est.

Hæc fere circa personas sunt, aut his similia; neque enim complecti omnia vel hac in parte, vel in ceteris possumus, contenti, rationem plura quæsituris ostendere.

Nunc ad res transeo, in quibus maxime sunt personis juncta, quæ agimus, ideoque prima tractanda: in omnibus porro, quæ fiunt, quæritur aut *Quare?* aut *Ubi?* aut *Quando?* aut *Quomodo?* aut *Per quæ* facta sunt. Ducuntur igitur

quels moyens? Les arguments se déduisent donc premièrement des causes d'une action *faite* ou *à faire*. Or, ces causes se renferment dans deux genres, dont chacun se subdivise en quatre espèces; car toute notre conduite tend généralement, d'un côté, à acquérir les biens, à les augmenter, à les conserver, à en jouir; de l'autre, à éviter les maux, à nous en délivrer, à les diminuer, à les supporter : c'est là le sujet constant de nos délibérations avec nous-mêmes. Tout ce qu'il y a de louable se puise à ces considérations; le mal, au contraire, ne vient que des fausses opinions que nous nous formons, faute de ne pas distinguer les biens et les maux. De là les erreurs et les passions déréglées, telles que la colère, la haine, l'envie, la cupidité, l'espérance, l'ambition, l'audace, la crainte, etc. Quelquefois à ces méprises de notre jugement se joignent des circonstances fortuites, comme l'ivresse, l'ignorance, qui tantôt excusent, tantôt aggravent le crime; par exemple : *Si vous avez tué quelqu'un en tendant des pièges à un autre*. Or, on recherche les causes d'une action, non-seulement pour la prouver dans autrui, mais pour s'en défendre soi-même; comme lorsqu'on soutient qu'on a eu raison de la faire, c'est-à-dire qu'on a été mû par un motif honorable : ce que j'ai expliqué plus au long dans le troisième livre. Les questions de définition se rattachent aussi quelquefois aux causes; par exemple : *Est-on tyrannicide pour avoir tué un tyran par qui on a été surpris en*

argumenta ex causis factorum, vel futurorum : quarum materiam, quam ἕλην alii, δόξαμιν alii nominaverunt, in duo genera, sed quaternas utriusque dividunt species : nam fere versatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem, incrementum, conservationem, usum; aut malorum evitacionem, liberationem, imminutionem, tolerantiam, quæ et in deliberaudo plurimum valent. Sed has causas habent recta; prava contra ex falsis opinionibus veniunt; nam est his initium ex his, quæ credunt bona aut mala : inde errores existunt, et pessimi affectus; in quibus sunt ira, odium, invidia, cupiditas, spes, ambitus, audacia metus, cetera generis ejusdem : accedunt aliquando fortuita, ebrietas, ignorantia; quæ interim ad veniam valent, interim ad probationem criminis, ut, si quis, dum alii insidiatur, alium dicatur interemisisse. Causæ porro non ad convincendum modo, quod objicitur, sed ad defendendum quoque excuti solent, quum quis se recte fecisse, id est honesta causa, contendit, qua de re latius in tertio libro dictum est. Finitionis quoque quæstiones ex causis interrim pendent, An tyrannicida, qui tyrannum, a quo deprehensus in adulterio

adultère? — Est-on sacrilège pour avoir enlevé des armes suspendues dans un temple, afin de repousser l'ennemi?

Le lieu fournit aussi matière aux arguments ; car il n'est pas indifférent, pour la preuve, que le fait se soit passé en plaine ou sur une montagne, sur mer ou au milieu des terres, dans un terrain planté ou inculte, dans un endroit fréquenté ou désert, proche ou éloigné, favorable ou contraire à tels desseins. Cicéron, comme on sait, a traité cette partie avec beaucoup de force dans son plaidoyer pour *Milon*. Ces divers points et autres semblables, quoique appartenant le plus souvent à la question de conjecture, décident quelquefois aussi la question de droit, si c'est un lieu privé ou public, sacré ou profane, qui est à nous ou à autrui : de même qu'à l'égard de la personne, on examine si c'est un magistrat, un père, un étranger. De là naissent, en effet, toutes sortes de questions : *Vous avez dérobé de l'argent appartenant à un particulier ; mais, comme c'était dans un temple, ce n'est plus un simple vol, c'est un sacrilège. — Vous avez tué un adultère, ce que la loi autorise ; mais vous l'avez tué dans une maison de débauche, c'est un meurtre. — Vous avez outragé qui ? un magistrat ; c'est un crime de lèse-majesté. Ou bien au contraire : J'ai pu faire cela, parce que j'étais père, parce que j'étais magistrat.* Ainsi tout ce qui se rapporte au lieu fournit des arguments sur le fait lui-même, et fait la matière des questions dans les affaires de

uerat, occidit? An sacrilegus, qui, ut hostes urbe expelleret, arma templo affixa detraxit?

Ducuntur argumenta et ex loco ; spectatur enim ad fidem probationis, *Montanus an planus, maritimus an mediterraneus, consitus an incultus, frequens an desertus, propinquus an remotus, opportunus consiliis an adversus? quam partem videmus vehementissime pro Milone tractasse Ciceronem. Et hæc quidem ac similia ad conjecturam frequentius pertinent ; sed interim ad jus quoque, Privatus an publicus, sacer an profanus, noster an alienus? ut in persona, magistratus, pater, peregrinus. Hinc enim quæstiones oriuntur : Privatam pecuniam sustulisti ; verum, quia de templo, non furtum, sed sacrilegium est. Occidisti adulterum, quod lex permittit ; sed quia in iupinari, cædes est. Injuriam fecisti ; sed, quia magistratui, majestatis actio est. Vel contra, Licuit, quia pater eram, quia magistratus. Sed circa facti controversiam argumenta præstant. circa juris lites, materiam quæstionum ; ad qualitatem quoque fre-*

droit. Quelquefois encore le lieu sert à qualifier le délit ; car les mêmes choses ne sont pas licites ou bienséantes partout : il faut même avoir égard à la ville, au pays, tant les mœurs et les lois varient d'un peuple à l'autre ! Le lieu seul réveille aussi des impressions favorables ou fâcheuses. Ainsi, dans Ovide, Ajax s'écrie : *Quoi ! c'est à la vue de nos vaisseaux qu'Ulysse ose me disputer les armes d'Achille !* Ainsi, entre autres griefs qu'on imputait à Milon, on lui reprochait d'avoir fait tuer Clodius sur les tombeaux de ses ancêtres.

C'est aussi un puissant moyen de persuasion que le *temps*, dont je vais parler à son tour. Le temps, comme je l'ai dit ailleurs, se considère de deux manières : l'une générale, quand on dit : *A présent, autrefois, sous Alexandre, du temps de la guerre de Troie, etc.* ; enfin, quand on embrasse indéfiniment le passé, le présent, l'avenir ; l'autre, spéciale, qui désigne les différences constitutives : *En été, en hiver, de nuit, de jour* ; ou des circonstances fortuites : *Pendant la peste, au milieu d'une guerre, dans un festin*. Quelques rhéteurs latins ont jugé suffisant de distinguer ces deux manières, l'une sous le nom général de *temps* (*tempus*), l'autre sous le nom spécial de *conjonctures* (*tempora*). Quoi qu'il en soit, le temps, sous ces deux rapports, joue un grand rôle dans les délibérations, dans le genre démonstratif, et surtout dans les matières judiciaires. En effet, dans ces dernières, c'est le temps qui sert le plus à déterminer la question de droit, à qualifier le

quenter pertinet locus ; neque enim idem ubique, aut licet, aut decorum est ; quin etiam, in qua quidque civitate quærat, interest ; moribus enim et legibus distant. Ad commendationem quoque et invidiam valet ; nam et Ajax apud Ovidium, *Agimus, inquit, Ante rates causam, et mecum confertur Ulixes ?* Et Miloni inter cetera objectum est, *quod Clodius in monumentis ab eo majorum suorum esset occisus.*

Ad suadendi momenta idem valet, sicut *tempus*, cujus tractatum subjungam ; ejus autem, ut alio loco jam dixi, duplex significatio est : *Generaliter* enim et *specialiter* accipitur : prius illud est, *nunc, olim, sub Alexandro, quum apud Ilium pugnatum est* ; denique *præteritum, instans, futurum*. Hoc sequens habet et *constituta* discrimina, *æstate, hieme, noctu, interdu* ; et *fortuita, in pestilentia, in bello, in convivio*. Latinorum quidam satis significari putaverunt, si illud *generale, tempus* ; hoc *speciale, tempora* vocarent ; quorum utrorumque ratio et in consiliis quidem, et in illo demonstrativo genere versatur ; sed in judiciis frequentissima est. Nam et juris quæstiones facit, et qualitatem di-

fait, et à guider dans la conjecture. Par exemple, ne sont-ce pas des preuves irréfragables, que d'établir, comme je l'ai déjà cité, que le signataire d'un écrit était mort avant sa date, ou bien qu'à l'époque où le crime a été commis, l'accusé était encore enfant, ou que même il n'était pas né? En outre, quelle source d'arguments dans les circonstances qui ont précédé le fait, qui l'ont accompagné, qui l'ont suivi! Pour ce qui l'a précédé, ce qui donne lieu de rechercher aussi les motifs. *Vous l'avez menacé de la mort; vous êtes sorti de nuit et vous avez pris les devants.* Pour ce qui l'a accompagné, sur quoi quelques rhéteurs ont distingué avec beaucoup trop de subtilité le temps immédiatement écoulé, mais joint : *Un bruit s'est fait entendre; et le temps actuel, lié à l'action : Des cris se sont élevés.* Pour ce qui l'a suivi : *Vous vous êtes caché; vous avez pris la fuite; le corps de la victime offrait des taches livides, des tumeurs.* De son côté, le défenseur a recours aux mêmes divisions du temps, pour détruire ce qui lui est objecté.

Or, c'est dans tout cela que réside la cause de nos actions et de nos paroles, mais sous un double aspect : car il est des choses que nous faisons dans la vue d'en faire d'autres par la suite; et il en est que nous faisons, parce que d'autres ont été faites auparavant. Un homme est cité en justice comme un corrupteur de la jeunesse, sur ce fait, qu'il a acheté une belle femme condamnée autrefois pour adultère; et un jeune débauché est accusé de parri-

stinguit, et ad conjecturam plurimum confert; ut quum interim probationes inexpugnabiles afferat, quales sunt, si dicatur, ut supra posui, signator. qui ante diem tabularum decessit; aut commisisse aliquid, vel quum infans esset, vel quum omnino natus non esset; præter id, quod omnia facile argumenta aut ex iis, quæ ante rem facta sunt, aut ex conjunctis rei, aut insequentibus ducuntur : ex antecedentibus, *Mortem minatus es, noctu existi, proficiscentem antecessisti*; causæ quoque factorum præteriti sunt temporis. Secundum tempus subtilius quidam, quam necesse erat, diviserunt, ut esset *juncti, Sonus auditus est; adhærentis, Clamor sublatus est. Insequentis sunt illa, Latuisti, profugisti; livores et tumores apparuerunt.* Iisdem temporum gradibus defensor utetur ad detrahendam ei, quod objicitur, fidem.

In his omnis factorum dictorumque ratio versatur, sed dupliciter; nam fiunt quædam, quia aliud postea futurum est; quædam, quia aliud antea factum est; ut, quum objicitur reo lenocinii, quod speciosam adulterii damnatam

ce n'est plus la cause qu'ils attaquent, c'est celui qui plaide qu'ils prennent à partie : j'aimerais mieux, pour moi, que celui-ci parût toujours disert, afin que s'il fait valoir de bons moyens, on en fasse honneur à son esprit et non à sa cause, et que si ses moyens sont mauvais, on les impute à sa cause et non à lui. Aussi ne pardonne-t-on qu'à la passion ou à de justes ressentiments des personnalités du genre de celles que se permet Cicéron, quand il reproche, par exemple, à Rullus son obscurité, à Pison sa stupidité, à Antoine son ignorance et même sa balourdise : tous reproches qui ne sont pas inutiles pour jeter de la défaveur sur ce qu'on veut flétrir. Mais il faut d'autres armes pour réfuter des avocats; ce n'est pas qu'on ne puisse attaquer aussi leurs paroles, et jusqu'à leur vie privée, gloser enfin sur les traits de leur visage, sur leur tournure, sur leurs vêtements, ce que fait encore Cicéron à l'égard de Quinctius; car, après avoir épuisé contre lui tous les sarcasmes, il se moque de sa robe, bordée de pourpre, qui traînait jusqu'à ses talons; il est vrai qu'il lui en voulait d'avoir soulevé le peuple contre Cluentius. Quelquefois, pour amortir ce qu'une accusation a de plus grave, on élude le trait par une plaisanterie. Triarius faisait un crime à Scaurus d'avoir fait venir à grands frais des colonnes de marbre sur des chariots qui avaient traversé la ville. *Et moi*, dit Cicéron, *qui ai des colonnes d'Albe, peut-être que je les ai fait transporter sur des bâts*. Mais c'est surtout contre l'accusateur qu'on peut se donner carrière, et l'intérêt de

causa reprehenditur, sed actor : quem ego semper videri malim disertum, ut, si dixerit quod rei prosit, ingenii credatur laus esse, non causæ : si forte quod lædat, causæ, non ingenii culpa. Itaque illæ reprehensiones, aut obscuritatis, qualis *in Rullum* est; aut infantix in dicendo, qualis *in Pisonem*; aut inscitix rerum verborumque, et insulsitatis etiam, qualis *in Antonium* est, animo dantur, aut justis odiis : suntque utiles ad conciliandum iis, quos iuvisos facere volueris, odium. Alia respondendi patronis ratio; et aliquando tamen eorum non *oratio* modo, sed *vita* etiam, *vultus* denique, *incessus*, *habitus*, reste incusari solet : ut adversus Quintium Cicero, non hæc solum, sed *ipsam etiam prætextam demissam ad talos*, insectatus est : presserat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius. Nonnunquam elevandæ invidiæ gratia, quæ asperius dicta sunt, eluduntur; ut a Cicerone Triarius : nam, quum Scauri columnas per Urbem plaustriis vectas esse dixit, *Ego porro, inquit, qui albanas habeo columnas, clitellis eas apportavi*. Et magis hoc in accu-

la défense l'autorise jusqu'à un certain point. Au surplus, ces diverses attaques sont réciproquement permises, quand on relève, soit des réticences, soit des faits étranglés, obscurcis, ajournés à dessein. On peut enfin critiquer le système que suivra la défense quand on prévoit qu'elle donnera le change sur le véritable objet de l'accusation. C'est ce que font Accius et Eschine. Le premier savait que Cicéron n'invoquerait que la loi qui était favorable à Cluentius; le second pressentait que Démosthène se garderait bien de parler de celle qui avait fait accuser Ctésiphon, et tous deux ont grand soin de s'en plaindre à l'avance.

Je dois particulièrement recommander aux déclamations de ne pas se créer d'objections auxquelles il soit trop facile de répondre, et de ne pas s'imaginer qu'ils n'auront jamais pour adversaires que des sots. Or, c'est ce que nous faisons, parce que, pour traiter d'intarissables lieux communs et pour amener des pensées qui fassent effet sur la multitude, rien n'est plus commode que de se forger des sujets qui permettent de tout dire; aussi justifions-nous ce vers proverbial :

A sotte question on répond toujours bien.


Mais prenons-y garde : cette habitude nous serait funeste au barreau, où nous n'aurons pas à répondre à nous-mêmes, mais à un adversaire qui ne nous ménagera pas. On demandait un jour à Accius pourquoi il ne plaidait pas, lui qui, dans ses tragédies, avait

satores concessum est, quibus conviciari aliquando patrociniū fides cogit. Illa vero adversus omnes et recepta et non inhumana conquestio, si callide quid tacuisse, breviasse, obscurasse, distulisse dicuntur : defensionis quoque permutatio reprehenditur sæpe, ut Accius adversus Cluentium, Æschines adversus Ctesiphontem facit : quum ille Cicronem lege usurum modo, hic minime de ege dicturum Demosthenem quæritur.

Declamatores vero in primis sunt admonendi, ne contradictiones eas ponant, quibus facillime responderi possit; neu sibi stultum adversarium fingant : facimus autem, quod maxime uberes loci, popularesque sententiæ nascuntur, materiam dicendi nobis, quod volumus, ducentibus, ut non sit ille inutilis versus,

Non male respondit, male enim prior ille rogarat.

Fallet hæc nos in foro consuetudo, ubi adversario, non ipsi nobis respondebimus : aiunt Accium interrogatum, cur causas non ageret, quum apud eum in



déployé une dialectique si vigoureuse. *Pourquoi?* répondit-il, *c'est que dans mes pièces mes personnages disent ce qui me plaît; au lieu qu'à l'audience mes adversaires diraient le contraire de ce que je voudrais qu'ils disent.* Il est donc ridicule, dans des exercices qui ne sont que les préludes du barreau, de faire la réponse avant d'avoir prévu l'objection; et un bon maître ne doit pas moins féliciter son élève de sa sagacité à découvrir des arguments pour sa partie adverse que pour la sienne.

D'un autre côté, ce qu'on peut toujours se permettre dans les déclamations de l'école est rarement de mise au barreau : par exemple, comment le demandeur, qui parle en premier, peut-il user de la réplique, où commence véritablement le débat, quand l'adversaire n'a encore rien dit? C'est cependant le défaut de bien des gens, soit habitude contractée dans les écoles, soit trop d'empressement à parler. Aussi l'adversaire s'amuse-t-il à leurs dépens : tantôt il les prie de ne pas lui prêter ce qu'il n'a jamais dit, pour le dire aussi mal; tantôt il les remercie de l'avertissement charitable qu'ils lui donnent, en promettant d'en faire son profit; plus souvent, il les accable en disant qu'ils n'eussent jamais songé à répondre à des objections qu'on ne leur faisait pas, s'ils n'eussent senti combien elles étaient fondées, et si leur conscience ne les eût trahis. Voyez quel parti Cicéron tire de cela dans le plaidoyer *pour Cluentius* : — *Vous savez de bonne part, avez-vous dit, que mon*

tragœdiis tanta vis esset optime respondendi, hanc reddidisse rationem; quod illic ea dicerentur, quæ ipse vellet, in foro dicturi adversarii essent, quæ ipse minime vellet. Ridiculum est ergo in exercitationibus, quæ foro præparantur, prius cogitare, quid responderi, quam, quid ex diverso dici possit; et bonus præceptor non minus laudare discipulum debet, si quid pro diversa, quam si quid pro sua parte acriter excogitavit.

Rursus aliud in scholis permittendum semper, in foro raro : nam loco a petitoribus primo contradictione uti qui possumus, ubi vera res agitur, quum adversarius adhuc nihil dixerit? Incidunt tamen plerique in hoc vitium vel consuetudine declamatoria, vel etiam cupiditate dicendi : dantque de se respondentibus venustissimos lusos, quum modo, *se vero nihil dixisse, neque tam stulte dicturos; modo, bene admonitos ab adversario et agere gratia, quod adjuti sint, jocantur; frequentissime vero, id quod firmissimum est nunquam iis responsurum adversarium fuisse, quæ proposita non essent, nisi illa sciret vera esse, et ad fatendum conscientia esset impulsus* : ut pro Cluentio Cicero : *Nam hoc persæpe dixisti, tibi sic renunciari, me habere in anime*

intention est de défendre cette cause, avec le secours de la loi. Est-il possible? quoi! mes amis m'auraient trahi! Il en est donc un, indigne de ce nom, qui aura fait à mon adversaire confiance de mes projets? Mais quel est-il? quel est ce perfide?... et moi-même à qui les ai-je confiés, ces projets? à personne que je sache. Il n'y a donc de coupable ici que la loi; c'est elle qui vous a tout révélé.

Quelques-uns, non contents de se créer ainsi des objections, les développent dans toutes leurs conséquences : *nos adversaires diront ceci, et ils poursuivront de telle et telle manière.* Vibius Crispus, qui avait de la grâce et de l'enjouement dans l'esprit, s'est moqué fort agréablement, de nos jours, d'un orateur qui avait abusé de cette méthode : *Je ne vous répéterai pas, dit-il, tout ce que vient de déduire mon adversaire, car à quoi bon dire deux fois la même chose?*

Cependant il peut arriver qu'on se livre à une espèce de réfutation, si l'adversaire a lancé parmi les avocats quelque *factum* où il s'appuie de témoignages écrits, car alors c'est répondre à des objections réelles et non à des arguments imaginaires; ou bien encore, si le genre de la cause ne comporte pas d'autres allégations que celles auxquelles nous répondons d'avance. Par exemple, un objet volé a été trouvé au domicile de l'accusé; force est qu'il se renferme dans l'un de ces trois moyens : *ou cet objet a été apporté chez lui, sans qu'il le sût, ou on le lui avait déposé, ou on le lui*

causam hanc præsidio legis defendere : itane est? ab amicis imprudentes videlicet prodimur? et est nescio quis de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad adversarium deferat? Quisnam hoc tibi renunciavit? quis tam improbus fuit? cui ego aulem narravi? Nemo, ut opinor, in culpa est : nimirum tibi istud lex ipsa renunciavit.

At quidam, contradictione non contenti, totos etiam locos explicant, *Scire se hoc dicturos adversarios, et ita persecuturos* : quod factum venuste nostris temporibus elusit Vibius Crispus, vir ingenii jucundi et elegantis : *Ego vero, inquit, ista non dico; quid enim attinet illa bis dici?*

Nonnunquam tamen aliquid simile contradictioni poni potest, si quid ab adversario testationibus comprehensum in advocationibus jactatum sit; respondebimus enim rei ab illis dictæ, non a nobis excogitatæ : aut, si id genus erit causæ, ut proponere possimus certa, extra quæ dici nihil possit : ut, quum res furtiva in domo deprehensa sit, dicat necesse est reus, aut *se ignorante illatam, aut depositam apud se, aut donatam sibi*; quibus omnibus

avait donné : tous cas que l'on peut discuter avant qu'ils n'aient été proposés. Mais, aux écoles, il est toujours bon d'aller au devant des objections présumées, ne fût-ce que pour s'habituer à jouer les rôles de demandeur et de défendeur, car, si on ne le faisait pas, on n'aurait jamais à réfuter, puisqu'on n'a pas à qui répondre.

Un autre défaut encore, c'est de montrer trop de sollicitude à lutter contre tous les points de la cause; cela éveille la suspicion du juge, et souvent tel argument auquel il se serait rendu, si on l'eût avancé sur-le-champ, ne lui inspire plus de confiance quand il se fait trop attendre, précisément à cause des précautions dont on l'entoure, car elles donnent à penser que l'avocat ne les a prises que parce qu'il en sentait le besoin. L'orateur montrera donc de la confiance, et il s'exprimera toujours comme s'il avait la meilleure opinion de sa cause. Cicéron se fait remarquer en cela comme dans tout le reste. Chez lui l'assurance ressemble tant à la sécurité et donne une telle autorité à ses paroles, qu'elle tient, pour ainsi dire, lieu de preuve, et qu'on n'ose pas douter de ce qu'il avance. Or, celui qui aura bien étudié tout ce que la cause renferme de plus important et pour sa partie adverse et pour la sienne, jugera d'un coup d'œil où devront se porter ses efforts, soit pour la défense, soit pour l'attaque. Quant à l'ordre à suivre, il est ici plus aisé que partout ailleurs : demandeurs, nous débiterons par établir nos propositions, puis nous combattons celles qu'on leur oppose; défen-

etiamsi proposita non sint, responderi potest. At in scholis recte et contradictionibus occurremus, ut in utrumque locum, id est primum et secundum, simul exerceamur: quod nisi fecerimus, nunquam utemur contradictione: non enim erit, cui respondeamus.

Est et illud vitium, nimium solliciti, et circa omnia momenta luctantis suspectam enim facit iudici causam, et frequenter, quæ statim dicta omnem dubitationem sustulissent, dilata ipsis præparationibus fidem perdunt, quia patronus et alii crediderit opus fuisse: fiduciam igitur orator præ se ferat, semperque ita dicat, tamquam de causa optime sentiat. Quod (sicut omnia) in Cicerone præcipuum est; nam illa summa cura securitatis est similis, tantæ in oratione auctoritas, ut probationis locum obtineat, dubitare nobis non audentibus: porro, qui scierit, quid pars adversa, quid nostra habeat valentissimum, facile iudicabit, quibus maxime rebus vel occurrendum sit, vel instandum. Ordo quidem in parte nulla minus affert laboris: nam, si agimus, nostra confirmanda sunt primum: tum, quæ nostris opponuntur, refutanda

deurs, nous commencerons par la réfutation. Mais de ces arguments que nous avons opposés à notre partie adverse, naissent souvent d'autres objections de sa part, qui, à leur tour, amènent des répliques, et la discussion va quelquefois plus loin encore. Ainsi, dans les combats de gladiateurs, les attaques qu'on appelle de *seconde main* deviennent de *troisième*, si la *première* n'a fait qu'attirer l'adversaire au combat; et de *quatrième*, s'il y a eu double provocation, et si l'on s'est, par conséquent, trouvé dans le cas de se défendre et d'attaquer deux fois; ce qui peut encore se compliquer.

La réfutation admet aussi cette sorte de preuve dont j'ai déjà parlé, qui est toute de sentiment et consiste dans une simple affirmation, comme celle de Scaurus, rapportée plus haut; je ne sais même si elle n'est pas mieux placée, lorsqu'il s'agit de nier. Mais ce qui importe surtout aux deux parties, c'est de voir où est le point fondamental de la cause, car on agite bien des questions dans un procès, et il n'en est qu'un petit nombre sur lesquelles le juge ait à prononcer.

Telle est, en général, la manière de prouver et de réfuter; reste à soutenir ses moyens et à les embellir. En effet, quelque bien adaptés qu'ils soient à ce que nous voulons démontrer, ils paraîtront toujours faibles, s'ils ne sont, en quelque sorte, relevés et agrandis par l'enthousiasme de l'orateur. Voilà ce qui fait que les juges sont toujours ébranlés, soit qu'on traite devant eux de ces lieux communs sur les témoins, les contrats, les arguments et au-

si respondemus, prius incipiendum est a refutatione. Nascuntur autem ex his, quæ contradictioni opposuimus, aliæ contradictiones, euntque interim longius: ut gladiatorum manus, quæ secundæ vocantur, fiunt et tertiæ, si prima ad evocandum adversarii ictum prolata erat: et quartæ, si geminata captatio est, ut bis cavere, bis repetere oportuerit. Quæ ratio et ultra ducit.

Sed illam etiam, quam supra ostendi, simplicem ex affectibus atque ex affirmatione sola probationem recipit refutatio; qualis est illa Scauri, de qua supra dixi: quin nescio, an etiam frequentior, ubi quid negatur: videndum præcipue utique parti, ubi sit rei summa; nam fere accidit, ut in causis multa dicantur, de paucis judicetur.

In his probandi refutandique ratio est, sed adjuvanda viribus dicentis, et adornanda: quamlibet enim sint ad docendum, quod volumus, accommodata, tamen erunt infirma, nisi majore quodam oratoris spiritu impleantur. Quare ut illi communes loci *de testibus, de tabulis, de argumentis, aliisque similibus,*

tres choses semblables, soit qu'on descende de ces considérations générales pour louer ou blâmer telle action, pour démontrer qu'elle est juste ou injuste, plus grande ou moindre, plus atroce ou plus douce. Or, de ces *lieux*, les uns ont trait à un argument particulier, les autres à plusieurs arguments à la fois, quelques-uns affectent toute la cause : ensuite il y en a pour préparer le juge, il y en a pour l'affermir dans les dispositions où il est déjà; et tantôt c'est sur la cause tout entière, tantôt c'est sur quelques parties de cette cause, qu'il faut le préparer ou l'affermir; d'où il suit que l'orateur doit distribuer ces lieux suivant la convenance. J'admire donc que les chefs d'écoles qui ont partagé la rhétorique en deux sectes aient agité sérieusement : *Si l'on doit traiter des lieux à la suite de chaque question*, ainsi que le veut Théodore, ou *si l'on doit instruire le juge avant de chercher à l'émouvoir*, ainsi que le recommande Apollodore, comme s'il n'y avait pas un juste milieu à garder, et comme s'il ne s'agissait pas, avant tout, de consulter l'intérêt de sa cause. On le voit bien : ceux qui donnent de pareils préceptes n'ont pas l'usage du barreau. Toutes ces belles théories qu'on arrange à loisir ne tiennent pas contre les exigences des débats judiciaires. La plupart des écrivains ont fait de la rhétorique une science mystérieuse, et, non contents de nous circonscrire les lieux où nous devons trouver nos arguments, ils nous ont asservis à certaines règles pour les développer. Après avoir

magnam vim animis judicum afferunt; et hi proprii, quibus factum quodque laudamus, aut contra, *justum* vel *injustum* docemus, *majus* aut *minus*, *asperius* aut *mitius* : ex his autem alii ad comparationem singulorum argumentorum faciunt, alii ad plurimum, alii ad totius causæ inclinationem. Ex quibus sunt, qui præparent animum judicis; sunt, qui confirmant : sed præparatio quoque, aut confirmatio aliquando totius causæ est, aliquando partium, et perinde, ut cuique conveniunt, subjicienda. Ideoque miror, inter duos diversarum sectarum velut duces non mediocri contentione quæsitum, *Singulisne quæstionibus subjiciendi essent loci?* ut Theodoro placet : *An prius docendus judex, quam movendus?* ut præcipit Apollodorus : tamquam perierit hæc ratio media, et nihil cum ipsius causæ utilitate sit deliberandum : hæc præcipiunt, qui ipsi non dicunt in foro : ut artes, a securis otiosisque compositæ, ipsa pugnæ necessitate turbentur. Namque omnes fere, qui legem dicendi, quasi quædam mysteria, tradiderunt, certis non inveniendorum modo argumentorum locis, sed concludendorum quoque nos præceptis illigaverunt : de quibus brevissime

sommairement exposé leur doctrine, je dirai ce que j'en pense, c'est-à-dire ce que je vois qu'ont pratiqué les plus illustres orateurs.

CHAPITRE XIV

Ce que c'est que l'*enthymème*, combien il y en de sortes : en quoi consiste l'*épichérème*, comment on le réfute.

On donne le nom d'*enthymème*, soit à l'argument lui-même, c'est-à-dire à la chose au moyen de laquelle on en prouve une autre, soit à la forme de langage dont il est revêtu. Cette forme est de deux sortes, ainsi que je l'ai déjà dit : car tantôt l'*enthymème* procède par les *conséquents*, et alors il ne comporte qu'une *proposition*, et une *preuve* qui lui est immédiatement jointe; tel est cet *enthymème pour Ligarius* : — *Le choix alors était douteux, chaque parti avait en soi quelque chose de plausible; le meilleur est définitivement jugé, c'est celui que les dieux ont fait triompher.* Ce raisonnement, en effet, contient la proposition et la preuve, mais il n'a pas de conclusion; c'est donc un syllogisme imparfait. Tantôt il procède par *des termes qui se combattent*, ce qui, suivant quelques rhéteurs, constitue seul l'*enthymème*, et dans ce cas la preuve a beaucoup plus de force: tel est celui dont Cicéron se sert en faveur de Milon : *Vous siégez donc ici pour venger la mort d'un homme dont vous ne voudriez pas racheter la vie, si cela était en votre pouvoir.* Ce raisonnement est encore susceptible de se

prælocutus, quid ipse sentiam, id est quid clarissimos oratores fecisse videam, non tacebo.

CAPUT XIV

Quid *enthymema*, et quotuplex : quibus constet *epicherema*, et quomodo refellatur.

Igitur *enthymema*, et argumentum ipsum, id est rem, quæ probationi alterius adhibetur, appellant; et argumenti elocutionem : eam vero, ut dixi, duplicem : *ex consequentibus*, quod habet propositionem, conjunctamque ei protinus probationem, quale pro Ligario; *Causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset : nunc melior ea judicanda est, quam etiam dii adjuverunt* : habet enim rationem et propositionem, non habet conclusionem; ita est ille imperfectus syllogismus. Ex *pugnantibus* vero, quod etiam solum *enthymema* quidam vocant, fortior multo probatio est. Tale est Ciceronis pro Milone; *Ejus igitur mortis scdetis ultores, cujus vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis.* Quod quidem etiam aliquando multiplicari solet, ut

multiplier, comme l'a fait le même orateur plaidant pour le même accusé : *Ainsi Milon n'a pas voulu tuer Clodius quand tout le monde lui en aurait su gré, et il l'a voulu quand cela l'exposait au ressentiment de plusieurs ! Ainsi, ce qu'il n'a pas osé, quand il aurait eu pour lui le droit, le lieu, l'occasion, l'impunité, il l'a osé, quand le droit, le lieu, l'occasion étaient contre lui, et qu'il y allait de sa tête !* Mais la meilleure espèce d'enthymème me paraît celle qui fait dépendre la preuve d'une proposition dissemblable ou contraire. Tel est ce raisonnement de Démosthène : *Parce que d'autres ont enfreint les lois impunément, et que vous les avez imités, convient-il que vous échappiez à leur vindicte ? Au contraire, c'est un motif de plus pour vous condamner ; car si l'on eût sévi contre les premiers, cela vous aurait retenu ; et si l'on vous punit, cela en retiendra d'autres.*

L'épichérème comporte, suivant quelques-uns, quatre, cinq et jusqu'à six parties. Cicéron tient particulièrement pour cinq : la proposition ou majeure, et sa raison, l'assomption ou mineure, et sa preuve, et enfin la complexion ou conclusion ; mais, comme quelquefois la majeure n'a pas besoin de sa raison, ou la mineure de sa preuve, que souvent même on se passe de conclusion, il reconnaît que l'épichérème peut ne se composer que de quatre, de trois ou même de deux parties. Pour moi, je pense, avec le plus grand nombre des auteurs, qu'il n'y a au plus que trois parties

est ab eodem, et pro eodem reo, factum : *Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela ? quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune, non est ausus ; hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitavit occidere ?* Optimum autem videtur enthy-mematis genus, quum proposito dissimili vel contrario ratio subjungitur : quale est Demosthenis, *Non enim, si quid unquam contra leges factum est, idque tu es imitatus, ideo te convenit pœna liberari : quis e contrario damnari multo magis ; nam ut, si quis eorum damnatus esset, tu hæc non scripsisses : ita damnatus tu si fueris, non scribet alius.*

Epichirematos et quatuor, et quinque, et sex etiam factæ sunt partes a quibusdam ; Cicero maxime quinque defendit, ut sit *propositio*, deinde *ratio* ejus, tum *assumptio*, et ejus *probatio*, quinta *complexio* : quia vero interim et propositio non egeat rationis, et assumptio probationis, nonnunquam etiam complexione opus non sit, et quadripartitam, et tripartitam, et bipartitam quoque fieri posse ratiocinationem. Mihi, et plurimis nihilominus auctoribus, tres summum

dans l'épichérème; en effet, l'ordre naturel veut qu'il y ait d'abord une première proposition énonçant ce dont il s'agit, puis une seconde servant de preuve à la première, à quoi on peut en ajouter une troisième résultant de l'accord des deux antécédentes. Ainsi, la première partie sera la *proposition* ou majeure; la seconde, l'*assumption* ou mineure; la troisième, la *connexion*, ou conséquence; quant à ce qui sert de preuve et d'ornement à la première comme à la seconde partie, cela ne doit faire qu'un avec chacune d'elles. Prenons dans Cicéron un exemple de l'épichérème à cinq parties. *Les choses qui sont régies par la sagesse sont mieux conduites que celles où la sagesse n'a point de part* : voilà ce qu'on appelle la première partie ou majeure, qu'il faut, dit-on, *confirmer* par diverses raisons, et orner par l'élocution. Je crois, pour moi, que la proposition et sa *raison* ne font qu'un tout indivisible; autrement, si cette raison formait une partie distincte, comme il peut y avoir plusieurs raisons, il y aurait aussi plusieurs parties. Vient ensuite la mineure : *Or, rien n'est mieux réglé que ce monde*. C'est à la preuve de cette mineure qu'ils assignent le quatrième rang, et je dis à cet égard ce que j'ai dit de la majeure. Enfin, en cinquième lieu, ils placent la conséquence qui, tantôt se contente de résumer ce qui se déduit de toutes les parties, en ces mots : *Donc le monde est gouverné par la sagesse*; tantôt, reprenant la majeure et la mineure, y ajoute ce qui se conclut de l'une et de l'autre de la manière suivante : *que si les choses régies par la sa-*

videntur : nam ita se habent ista natura, ut sit, de quo quærat, et per quod probetur; tertium adjici potest, velut ex consensu duorum antecedentium : ita erit prima *intentio*, secunda *assumptio*, tertia *connexio* ; nam confirmatio primæ ac secundæ partis et *exornatio*, eisdem cedere possunt, quibus subjiciuntur. Sumamus enim ex Cicerone quinque partium exemplum : *Melius gubernantur ea, quæ consilio reguntur, quam quæ sine consilio administrantur* : hanc primam partem numerant : eam deinceps rationibus variis, et quam copiosissimis verbis approbari putant oportere. Hoc ego totum cum sua ratione unum puto ; alioqui si ratio pars est, est autem varia ratio, plures partes esse dicantur. Assumptionem deinde ponit, *Nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus, administratur* : hujus assumptionis quarto in loco jam porro inducunt approbationem : de quo idem quod supra, dico. Quinto inducunt loco complexionem, quæ aut id insert solum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo : *consilio igitur mundus administratur* : aut, unum in locum quem conduxit breviter propositionem et assumptionem, adjungit, quid ex his conficiatur, ad hunc modum : quod si me-

gesse sont mieux conduites que celle où la sagesse n'a point de part, et si rien n'est mieux réglé que ce monde, DONC ce monde est gouverné par une suprême sagesse. J'accorde cette dernière partie.

Mais ces trois parties de l'épichérème que nous avons établies n'admettent pas toujours la même forme. Ainsi, quelquefois la conclusion est identique avec la proposition : L'ÂME EST IMMORTELLE, car tout ce qui se meut de soi-même est immortel; or, l'âme se meut d'elle-même, DONC L'ÂME EST IMMORTELLE; et cela a lieu non-seulement dans les arguments, mais dans les causes qui sont simples, et dans les questions; car ces causes et ces questions ont une première proposition : Vous avez commis un sacrilège : — quiconque a tué un homme n'est pas pour cela coupable de meurtre; ensuite elles comportent une preuve, mais plus développée que dans les arguments, et elles se résument d'ordinaire, soit par voie d'énumération, soit par conclusion, en conséquences déduites de la proposition et de la preuve. Seulement, dans ce genre d'épichérème, la proposition est douteuse puisqu'elle roule sur un point en litige. Quelquefois la conclusion diffère de la proposition dans l'énoncé, mais elle a la même valeur quant au sens : La mort n'est rien, car ce qui est dissous est privé de sentiment, et où il n'y a pas de sentiment il n'y a rien. Quelquefois encore la proposition est autre que la conclusion : Les

lius geruntur, quæ consilio, quam quæ sine consilio administrantur; nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus, administratur: consilio igitur mundus administratur. Cui parti consentio.

In tribus autem, quas fecimus, partibus, non est forma semper adem, sed una, in qua idem concluditur, quod intenditur, *Anima immortalis est: nam, quicquid ex se ipso movetur, immortale est: anima autem ex se ipsa movetur, immortalis igitur est anima*: hoc fit non solum in singulis argumentis, sed in totis causis quæ sunt simplices, et in quæstionibus. Nam et hæ primam habent propositionem; *Sacrilegium commisisti: non, quisquis hominem occidit, cædis tenetur*: deinde rationem (sed hæc est in causis et quæstione longior, quam in singulis argumentis) et plerumque summa complexione, vel per enumerationem, vel per brevem conclusionem testantur, quid effecerint: in hoc genere propositio dubia est: de hac enim quæritur. Altera est complexio, non par intentioni, sed vim habens parem, *Mors nihil ad nos; nam, quod est dissolutum, sensu caret; quod autem sensu caret, nihil ad nos*: in alio genere non eadem propositio est, quæ connexio: *Omnia animalia meliora sunt quam*

animaux sont mieux organisés que les choses inanimées; or, rien n'est mieux organisé que le monde, donc le monde est un animal. Mais dans cet exemple, la proposition peut se faire dans les mêmes termes que la conclusion, et on peut établir l'argument de cette sorte : *Le monde est un animal, car les animaux sont mieux organisés que les choses inanimées.* Au reste, tantôt la majeure est évidente, comme dans ce dernier argument, ou bien elle a besoin de preuve, comme dans celui-ci : *Quiconque veut vivre heureux doit s'adonner à la philosophie;* car cela est contesté, et le reste de l'épichérème est défectueux si la première partie n'est pas prouvée; tantôt c'est la mineure qui est incontestable : *or, tous les hommes veulent être heureux;* ou bien elle demande à être prouvée comme celle-ci : *or, ce qui est dissous est privé de sentiment,* puisque c'est une question si l'âme dégagée du corps est immortelle, ou si elle subsiste encore un certain temps. C'est cette mineure que les uns appellent *assomption* et les autres *raison*.

L'épichérème ne diffère des syllogismes qu'en ce que ceux-ci sont de plusieurs espèces, et démontrent le certain par le certain, tandis que l'épichérème opère le plus souvent sur le vraisemblable; car si tout ce qui est sujet à controverse pouvait se prouver par des arguments sans réplique, on pourrait, en ce cas, se passer d'orateur. Qu'est-il, en effet, besoin de l'être pour dire : *Ces biens m'appartiennent, car je suis seul fils du défunt, ou bien,*

inanima; nihil autem melius est mundo, mundus igitur animal: hic potest videri de re contentio: potuit enim sic constitui ratiocinatio: Animal est mundus, omnia enim animalia meliora sunt quam inanima. Ceterum hæc propositio aut confessa est, ut proxima; aut probanda, ut, Qui beatam vitam vivere volet, philosophetur oportet: non enim conceditur: cetera sequi, nisi confirmata prima parte, non possunt: et assumptio interim confessa est, ut, Omnes autem volunt beatam vitam vivere; interim probanda, ut illa, Quod est dissolutum, sensu caret: quum, soluta corpore anima an sit immortalis, vel ad tempus certe maneat, sit in dubio: quam assumptionem alii, alii rationem vocant.

Epichirema autem nullo differt a syllogismis, nisi quod illi et plures habent species, et vera colligunt veris: epichirematis frequentior circa credibilia est usus; nam, si contingeret semper controversa confessis probare, vix esset in hoc genere usus oratoris. Nam quid ingenio est opus, ut dicas, *Bona ad me pertinent, solus enim sum filius defuncti, vel solus hæres, quum jure bono-*

je suis son unique héritier, puisque les biens reviennent de droit à celui que le testament institue héritier : donc ces biens-là m'appartiennent.

Mais lorsque c'est la raison même qui fait question, alors il faut bien que ce qui est incertain devienne certain par le moyen de la preuve. Par exemple, dans la cause que je viens de supposer, que notre adversaire dise, pour le premier cas : *Vous n'êtes pas le fils du défunt, ou vous n'êtes pas son fils légitime, ou vous n'êtes pas son fils unique* ; et qu'il dise pour le second : *Vous n'êtes pas héritier, ou le testament n'est pas légal, ou vous n'avez pas capacité pour hériter, ou vous avez des cohéritiers* : il s'agit alors de prouver que notre partie a des prétentions légitimes sur ces biens. Mais, comme cela donne lieu à un discours fort étendu, on ne pourra se dispenser de tirer une conclusion de tous les raisonnements qu'on aura faits.

Il est des cas où la proposition et sa raison suffisent, comme ici : *Les lois se taisent au milieu des armes, et elles n'ordonnent point qu'on les attende, sous peine de souffrir une mort injuste, avant d'en pouvoir demander la juste punition.* Voilà pourquoi quelques rhéteurs ont assimilé l'enthymème qui se tire des conséquents, à la raison de la proposition.

Quelquefois on se contente de l'une des trois parties de l'épichérème. Ainsi, tantôt c'est la proposition toute seule, comme : *Les lois se taisent au milieu des armes* ; tantôt on commence par la raison même de la proposition, et ensuite on conclut : *Si la loi*

rum possessio testati secundum tabulas testamenti detur ; ad me igitur pertinent.

Sed, quum ipsa ratio in quæstionem venit, efficiendum est certum id, quo probaturi sumus, quod incertum est : ut, si ipsa forte intentione dicatur, *Aut filius non es, aut non es legitimus, aut non es solus* : itemque, *Aut hæres non es, aut non justum testamentum est, aut capere non potes, aut habes cohæredes* : efficiendum est justum, propter quod nobis bona adjudicari debeant. Sed tum est necessaria illa summa connexio, quum intervenit oratio largior.

Aliquando sufficiunt intentio ac ratio ; *Silent leges in er arma, nec se expectari jubent, quum ei, qui expectare velit, ante injusta pœna luenda sit, quam justa repletenda* : ideoque id enthymema, quod est ex consequentibus, rationi simile dixerunt.

Sed et singula quoque interim recte ponuntur : ut ipsum illud, *Silent leges inter arma.* Et a ratione fas est incipere, deinde concludere : ut ibidem, *Quod*

des Douze-Tables permet de se défaire d'un voleur de nuit de quelque manière que ce soit ; si elle autorise à tuer celui qui vole de jour, lorsqu'il fait une résistance armée, comment peut-on dire qu'elle punit indifféremment tous ceux qui tuent ? Cicéron varie encore cet argument, puisqu'il place derechef une raison après la conclusion : *comment le peut-on, ajoute-t-il, quand on voit que ce sont quelquefois les lois elles-mêmes qui nous investissent du droit de tuer ?*

Voici maintenant un épichérème où il a suivi l'ordre naturel : *Peut-on donner une mort injuste à un perfide qui vous tendait des embûches, à un brigand ?* Voilà la proposition. *A quoi nous sert donc d'être escortés et de porter des armes ?* Voilà la raison. *Certes, tout cela ne serait pas autorisé s'il était défendu de s'en servir.* Voilà la conclusion tirée des deux prémisses.

Voyons à présent comment on réfute ce genre de preuve ; on le fait de trois manières, c'est-à-dire qu'on attaque chacune des parties de l'épichérème, ou la proposition (la majeure), ou l'assomption (la mineure), ou la conclusion, et quelquefois toutes ensemble. La majeure, par exemple : *qu'on a eu raison de tuer celui qui vous tendait des pièges*, car la question qui se présente d'abord dans l'affaire de Milon est celle-ci : *Peut-on laisser vivre un homme qui avoue en avoir tué un autre ?* Quant à la mineure, elle se réfute par tous les moyens dont j'ai parlé en traitant de la réfutation. Remarquons que souvent la raison d'une proposition

si duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet interfici impune voluerunt ; quis est, qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet ? Variavit hic adhuc, et rursus rationem tertio loco posuit, *quum videat, aliquando gladium nobis ab ipsis porrigi legibus.*

Prioris autem partis duxit ordinem, Insidiatori vero et latroni quæ potest inferri injusta nex ? hæc intentio ; Quid comitalus nostri, quid gladii volunt ? hæc ratio ; Quos habere certe non liceret, si u'i illis nullo pacto liceret ; hæc ex intentione et ratione connexio.

Huic generi probationis tribus occurritur modis, id est per omnes partes : aut enim expugnatur intentio, aut assumptio, aut conclusio, nonnunquam omnia : sed omnia hæc tria sunt : intentio expugnatur, *jure occidi eum, qui insidiatus sit* : nam prima statim pro Milone quæstio est, *an ei fas sit lucem intueri, qui a se hominem necatum esse fateatur.* Expugnatur assumptio omnibus iis, quæ de refutatione diximus : et ratio quidem nonnunquam est vera,

est vraie, quand la proposition elle-même ne l'est pas, et que quelquefois on donne une raison fausse d'une proposition vraie. *La vertu est un bien*, voilà une proposition vraie; mais si l'on ajoutait, *parce qu'elle nous enrichit*, on en donnerait une raison fausse. A l'égard de la conclusion, ou on la nie, si ce qu'elle infère ne résulte pas des prémisses, ou l'on dit qu'elle ne fait rien à la question. Que l'on raisonne ainsi : *Nous avons droit de tuer celui qui machine notre perte, car quiconque se conduit en ennemi doit être repoussé comme tel*; DONC CLODIUS A ÉTÉ TUÉ JUSTEMENT COMME ENNEMI; cette conséquence est fausse puisqu'on n'a pas encore dit que Clodius eût tendu des pièges : il fallait conclure ainsi : *donc nous avons droit de tuer, comme un ennemi, quiconque attende à notre vie*; et cela même ne fait rien à la question, car cela n'établit point que Clodius ait attenté aux jours de Milon. Or, il peut arriver que la conséquence soit fausse, quoique la proposition et la raison de la proposition soient vraies; mais, quand celles-ci sont fausses, la conséquence n'est jamais vraie.

L'enthymème est nommé par les uns *syllogisme oratoire*, et par les autres *partie du syllogisme*, parce que le syllogisme contient toujours la conclusion et la proposition, et qu'il est complet dans toutes ses parties, au lieu que l'enthymème se contente de faire entendre sa proposition. Voici un syllogisme : *La vertu est le seul bien véritable, car il n'y a de véritable bien que ce dont personne*

quum ejus propositio vera non sit : interim veræ propositionis falsa ratio est : *Virtus bonum est, verum est*; si quis rationem subjiciat, *quod ea locupletes faciat*, veræ intentionis falsa sit ratio. Connexio aut vera negatur, quum aliud colligit, quam id, quod ex prioribus conficitur : aut nihil ad quæstionem dicitur pertinere : non est vera, sic, *Insidiator jure occiditur*; nam, qui curavit, ut vim afferat ut hostis, debet etiam ut hostis repelli; recte igitur Clodius, ut hostis, occisus est : non utique : nondum enim Clodium insidiatorem ostendimus : sed fit vera connexio, *Recte igitur insidiator, ut hostis, occiditur*. Nihil ad nos; nondum enim Clodius insidiator apparet : sed, ut potest vera esse intentio et ratio, et tamen falsa connexio : ita, si illa falsa sunt, nunquam est vera connexio.

Enthymema ab aliis oratorius syllogismus, ab aliis pars dicitur syllogismi, propterea quod syllogismus utique conclusionem et propositionem habet, et per omnes partes efficit, quod proposuit : enthymema tantum intenta intelligi contentum sit. Syllogismus talis, *Solum bonum virtus : nam id demum bonum*

ne peut mal user ; or, personne ne peut mal user de la vertu ; donc la vertu est le seul bien véritable. L'enthymème ne prend que les conséquences : *La vertu est un bien, car personne n'en peut faire un mauvais usage.* Voici un syllogisme négatif : *La richesse n'est pas un bien, car tout ce dont on peut mal user ne saurait être un bien ; or, on peut mal user de la richesse ; donc la richesse n'est pas un bien.* L'enthymème se borne à dire : *La richesse peut-elle être un bien dès qu'on en peut mal user ?* Voici encore un autre syllogisme dans les formes : *Si l'argent monnayé est de l'argent, celui qui a légué tout ce qu'il possède en argent a légué aussi l'argent monnayé ; or, un tel a légué tout son argent, donc il a légué aussi son argent monnayé.* Pour l'orateur il lui suffira de dire : *Puisqu'un tel a légué ce qu'il possédait en argent, il a légué aussi son argent monnayé.*

Je pense avoir dévoilé tous les secrets des maîtres de l'art ; il reste à en faire l'application avec prudence et discernement. Autant je crois permis de recourir quelquefois au syllogisme dans un plaidoyer, autant je désapprouve qu'on y suive d'un bout à l'autre cette forme de raisonnement, et qu'on étouffe l'éloquence sous le cortège des épichérèmes et des enthymèmes. Laissons cela aux dialogues des philosophes et aux disputes des dialecticiens, qui n'ont rien de commun avec le genre de composition dont nous nous occupons. Les érudits qui vont à la recherche de la vérité,

est, quo nemo male uti potest : virtute nemo male uti potest : bonum est ergo virtus : Enthymema ex consequentibus, Bonum est virtus, qua nemo male uti potest : et contra, Non est bonum pecunia : non enim bonum, quo quisquam male uti potest ; pecunia potest quis male uti ; non igitur bonum est pecunia. Enthymema ex pugnantis, An bonum est pecunia, qua quisque male uti potest ? Si pecunia, quæ est in argento signato, argentum est ; qui argentum omne legavit, et pecuniam, quæ est in argento signato, legavit : argentum autem omne legavit : igitur et pecuniam, quæ est in argento, legavit : habebit formam syllogismi : oratori satis est dicere, Quum argentum legaverit omne, pecuniam quoque legavit, quæ est in argento.

Peregisse mihi videor sacra tradentium artes, sed consilio locus superest : namque ego, ut in oratione syllogismo quidem aliquando uti nefas non duco, ita constare totam, aut certe confertam esse aggressionum et enthymematum stipatione minime velim : dialogis enim et dialecticis disputationibus erit similior, quam nostri operis actionibus, quæ quidem inter se plurimum differunt. Namque illi homines docti, et inter doctos verum quærentes, minutius

et qui se jugent entre eux, s'attachent avec un scrupule minutieux à tout ce qui peut les conduire à des résultats clairs et incontestables : aussi s'arrogent-ils l'invention et le jugement dont ils ont fait deux parties distinctes sous les noms de *topique* et de *critique*. Pour nous qui devons accommoder nos paroles au goût des autres, et qui, le plus souvent, avons affaire à des ignorants ou au moins à des gens qui n'entendent rien à la dialectique, si nous n'avons l'art de les attirer par le plaisir, de les subjuguier par la force, ou de les émouvoir en agitant leurs passions, pourrions-nous espérer de faire triompher même la justice et la vérité?

La richesse et la pompe, voilà les attributs de l'éloquence. Lui reconnaîtra-t-on ces caractères, si nous la resserrons dans une série de raisonnements qui fatiguent par la chute fréquente et uniforme de leurs conclusions? si l'orateur ne s'élève jamais, on le dédaignera; s'il n'a rien de libre dans son allure, il déplaira, son abondance même rebuera, et sa fausse grandeur fera pitié. Que l'éloquence donc s'élançe non par d'humbles sentiers, mais en pleins champs; semblable, non pas à ces fontaines qu'alimentent d'étroits canaux, mais à de larges fleuves, elle inondera tous les vallons; et au besoin même son impétuosité saura se frayer un passage.

Quoi de plus misérable que de s'assujettir aux règles à la manière des enfants dont la main suit avec une aveugle docilité les caractères qu'on leur a tracés! C'est faire comme ces gens dont se

et scrupulosius scrutantur omnia, et ad liquidum confessumque perducunt : ut qui sibi et inveniendi et judicandi vindicent partes quarum alteram *τοπι-
κήν*, alteram *κριτικήν* vocant. Nobis ad aliorum judicia componenda est oratio, et sæpius apud omnino imperitos, atque aliarum certe ignaros litterarum loquendum est; quos nisi et delectatione allicimus, et viribus trahimus, et nonnunquam turbamus affectibus, ipsa, quæ justa ac vera sunt, tenere non possumus.

Locuples et speciosa vult esse eloquentia : quorum nihil consequetur, si conclusionibus certis et crebris, et in unam prope formam cadentibus concisa, et contemptum ex humilitate, et odium ex quadam servitute, et ex copia satietatem, et ex amplitudine fastidium tulerit. Feratur ergo non semitis, sed campis : non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes totis vallibus fluat, ac sibi viam, si quando non acceperit, faciat.

Nam quid illa miserius lege, velut præformatas infantibus litteras persequentium, et, ut Græci dicere solent, quem mater amictum dedit, sollicitè

moque le proverbe grec, qui gardent avec un soin religieux les anciens vêtements que leur mère leur a donnés. Eh quoi ! une proposition, une conclusion tirée des conséquences ou des contraires ne saurait-elle rien inspirer ? ne peut-on la développer, la varier, la déguiser sous mille figures ? un raisonnement ne peut-il paraître naturel et amené par la force des choses, sans que la main de l'art et les leçons du maître ne s'y décèlent à chaque instant ? Quel orateur s'est jamais renfermé dans une sèche dialectique ? Démosthène lui-même, tout nerveux qu'il est, s'y livre très-rarement. Aujourd'hui certains orateurs, mais particulièrement les sophistes grecs, qui en cela seul font pis que nous, enchaînent tellement leurs propositions les unes aux autres, qu'ils en forment une espèce de tissu dont la trame est insaisissable ; ils assemblent les conséquences les moins douteuses, se démènent à prouver ce qu'on ne leur conteste pas, et s'imaginent se rapprocher par là des anciens. Mais demandez-leur quel est de ces anciens celui qu'ils prennent pour modèle, ils seront fort embarrassés de vous répondre.

Je parlerai ailleurs des figures. Il me reste à ajouter que je ne partage pas même l'opinion de ceux qui veulent qu'on se borne à présenter les arguments dans un style pur, clair et précis, sans y admettre la grâce et l'élégance. Sans doute, ils doivent être clairs et précis ; et même dans les affaires de peu d'importance, il faut n'employer que le langage ordinaire et les mots les plus usuels ;

custodientium : propositio ac conclusio, ex consequentibus et repugnantibus? Non inspiret? non augeat? non mille figuris variet ac verset? ut ea nasci, et ipsa provenire natura non manu facta, et arte suspecta, magistrum fateri ubique videantur : quis unquam sic dixit orator? nonne apud ipsum Demosthenem paucissima hujus juris vel artis reperiuntur? quæ apprehensa Græci magis, nam hoc solum pejus nobis faciunt, in catenas ligant, et inexplicabili serie connectunt, et indubitata colligunt, et probant confessa, et se antiquis per hoc similes vocant : deinde interrogati nunquam respondebunt, quem imitentur.

Sed de figuris alio loco. Nunc illud adjiciendum, ne iis quidem consentire me, qui semper argumenta sermone puro et dilucido et distincto, ceterum minime læto ornatoque putant esse dicenda, namque ea distincta quidem ac perspicua debere esse confiteor : in rebus vero minoribus etiam sermone ac verbis quam maxime propriis, et ex usu. At si major erit materia, nullum

mais si le sujet est grand, on n'en doit, je le crois, exclure aucun ornement, pourvu que ce ne soit point aux dépens de la clarté; car souvent une métaphore jette plus de jour sur la pensée, et cela est si vrai que les jurisconsultes eux-mêmes qui s'attachent surtout à la propriété des termes, ne se sont pas fait scrupule de définir le *rivage*, l'endroit où le flot vient se jouer. Plus le sujet qu'on traite est sévère, plus il y faut répandre de charmes; dissimulé avec art le raisonnement est moins suspect, et l'on est bien près de persuader son auditeur quand on s'en fait entendre avec plaisir. Croit-on, par exemple, que Cicéron ait gâté son argumentation en disant par une figure hardie : *que les lois se taisent dans le fracas des armes, et nous tendent quelquefois elles-mêmes le glaive qui doit nous protéger?* Usons néanmoins de ces figures avec sobriété et de manière à ce qu'elles embellissent le discours sans l'embarrasser.

ornatum iis, qui modo non obscuret, subtrahendum puto : nam et sæpe plurimum lucis affert ipsa translatio, quum etiam jurisconsulti, quorum summus circa verborum proprietatem labor est, *litus* esse audeant dicere, qua fluctus *eludit*; quoque quid est natura magis asperum, hoc pluribus condiendum est voluptatibus; et minus suspecta argumentatio, dissimulatione; et multum ad fidem adjuvat audientis voluptas : nisi forte existimamus Ciceronem hæc male, ipsa argumentatione, dixisse, *silere leges inter arma, et gladium nobis interim ab ipsis porrigi legibus* : his tamen habendus modus, ut sint ornamento, non impedimento.

LIVRE SIXIÈME

INTRODUCTION

Quintilien déplore ses malheurs domestiques.

Ma déférence pour vous, Victorius, m'a fait commencer cet ouvrage; soutenu ensuite par l'espoir qu'il en pourrait résulter quelque utilité pour la jeunesse, je me suis vu naguère plus étroitement engagé par les devoirs de mon nouvel emploi à redoubler de zèle et de persévérance. Cependant à tous ces motifs se mêlait cette pensée que je laisserais cette meilleure partie de mon héritage à un fils dont les heureuses dispositions méritaient toute ma sollicitude; et si les dieux venaient à disposer de moi, comme il eût été juste et désirable que cela fût, il aurait encore son père pour conseil et pour guide.

Mais, tandis qu'occupé jour et nuit de ce dessein je me hâtais dans la crainte d'être surpris par la mort, la fortune m'a soudainement accablé; le fruit de mon travail semble désormais m'ap-

LIBER SEXTUS

PROÆMIUM

De fortuna sua queritur.

Hæc, Marcelle Victori, ex tua voluntate maxime ingressus, tum si qua ex nobis ad juvenes bonos pervenire posset utilitas, novissime pæne etiam necessitate quadam officii deligati mihi, sedulo laborabam; respiciens tamen illam curam meæ voluptatis, qui filio, cujus eminens ingenium sollicitam quoque parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus hæreditatis videbar, ut, si me, quod æquum et optabile fuit, fata intercepissent, præceptore tamen patre uteretur.

Ce qui ajoute encore à la difficulté de faire rire, c'est qu'il n'y a pas pour cela d'exercice proprement dit, ni d'enseignement. A nos tables, au contraire, et dans les conversations familières, les diseurs de bons mots abondent, par l'effet de ce contact journalier qui aiguise les esprits, au lieu que chez l'orateur, les plaisanteries sont rares, parce qu'elles sont hors des règles et qu'il faut les emprunter à ces habitudes de société dont je viens de parler. Rien n'empêcherait cependant de composer pour les écoles des matières qui apprirent à railler avec urbanité, et d'imaginer des controverses qui seraient semées de traits vifs et plaisants, ou enfin

nonnullam observationem habet, suntque ad id pertinentia, et a Græcis et a Latinis composita præcepta : ita plane affirmo, præcipue positum esse *in natura* et *in occasione*. Porro *natura* non tantum in hoc valet, ut acutior quis atque habilior sit ad inveniendum (nam id sane doctrina possit augeri, sed inest proprius quibusdam decor in habitu ac vultu, ut eadem illa minus) alio dicente, urbana esse videantur. *Occasioni* vero et in rebus est tanta vis, ut sæpe adjuti ea non indocti modo, sed etiam rustici salse dicant in eum, quisquis aliquid dixerit prior : sunt enim longe venustiora omnia in respondendo, quam in provocando.

Accedit difficultati, quod ejus rei nulla exercitatio est, nulli præceptores : utique in conviviis et sermonibus multi dicaces; sed quia in hoc usu quotidiano proficimus : oratoria urbanitas rara, nec ex parte propria, sed ad hanc consuetudinem commendata. Nihil autem vetabat et componi materias in hoc idoneas, ut controversiæ permixtis salibus fingerentur : vel res proponi singulas

d'exercer les jeunes gens sur de petits thèmes uniquement consacrés à ce genre d'esprit. J'irai plus loin : ces bouffonneries, qui sont si à la mode dans certains jours de fête où la licence n'a point de frein, si on les assujettissait à de certaines règles, si on y mêlait quelque chose de sérieux, elles pourraient avoir leur utilité, tandis qu'elles ne sont qu'un vain amusement pour la jeunesse.

En fait de plaisanterie, on confond souvent la même chose sous plusieurs noms. Si l'on veut cependant interroger séparément ces noms, on verra qu'ils ont chacun une signification qui leur est propre.

Ainsi, par *urbanité*, on doit entendre une manière de s'exprimer où le choix des termes, le tour de la phrase et la pureté de la prononciation décèlent l'usage de la bonne compagnie de Rome, et annoncent un certain fonds d'érudition acquise dans le commerce des gens instruits; c'est le contraire de la grossièreté.

L'*agrément* consiste à donner de la grâce et de l'élégance à tout ce qu'on dit.

Dans le langage ordinaire, ce qui a du *sel* s'entend de ce qui est plaisant; mais cette acception n'est pas rigoureusement vraie, quoique le plaisant doive toujours avoir un certain sel : car, selon Cicéron, tout ce qui a du sel est dans le goût attique; ce qui ne signifie pas que les Athéniens soient le plus rieur de tous les peuples.

ad juvenum talem exercitationem. Quin illæ ipsæ, quæ *Dicta* sunt, ac vocantur, quas certis diebus festæ licentiæ dicere solebamus, si paulum adhibita ratione fingerentur, aut aliquid in his serium quoque esset admixtum, plurimum poterant utilitatis afferre : quæ nunc juvenum, vel sibi ludentium exercitatio est.

Pluribus autem nominibus in eadem re vulgo utimur : quæ tamen si diducas, suam quamdam propriam vim ostendent.

Nam et *urbanitas* dicitur, qua quidem significari video sermonem præferentem in verbis et sono et usu proprium quemdam gustum Urbis, et sumptam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem; denique, cui contraria sit *rusticitas*.

Venustum esse, quod cum gratia quadam et venere dicatur, apparet.

Salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus; natura non utique hoc est, quamquam et ridicula oporteat esse salsa : nam et Cicero, *omne, quod salsum sit, ait esse Atticorum*; non, quia sunt maxime ad risum compositi :

ples. Lorsque Catulle dit, en parlant d'une femme : *Il n'y a pas un grain de sel dans tout ce grand corps*, il ne veut pas dire qu'on n'y trouve rien de risible. Concluons donc : ce qui a du sel est opposé à ce qui est insipide, c'est-à-dire est relevé par un certain assaisonnement qui se fait sentir à l'esprit, comme le sel naturel se fait sentir au palais; c'est enfin ce qui réveille et sert de préservatif contre l'ennui. Et de même que le sel répandu à propos dans nos mets a un irritant qui pique agréablement la sensualité, ainsi celui qu'on met dans le discours excite, pour ainsi dire, en nous la soif d'entendre.

Je crois aussi que ce que nous appelons *facetum* ne s'applique pas uniquement à tout ce qui est facétieux. Autrement, Horace n'aurait pas employé ce mot pour caractériser la poésie de Virgile *FACETUM carminis genus*. Il signifie plutôt, à mon avis, une certaine perfection soutenue de beauté et d'élégance. C'est encore le sens de ces paroles de Brutus rapportées par Cicéron dans ses lettres : *Næ illi sunt pedes FACETI*, ce qui s'accorde avec l'expression d'Horace : *Molle atque FACETUM Virgilio*.

La *plaisanterie* proprement dite (*jocus*) est le contraire de ce qui est sérieux. Ainsi, feindre, intinider, promettre, sont quelquefois des manières de plaisanter.

La *dicacité*, qui n'est autre que la raillerie, vient du verbe gé-

et Catullus, quum dicit, *Nulla est in corpore mica salis*, non hoc dicit, nihil in corpore ejus esse ridiculum. *Salsum* igitur erit, quod non erit insultum, velut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente judicio, velut palato, excitatque et a tædio defendit orationem : sane tamen, ut ille, in cibis paulo liberalius aspersus, si tamen non sit immodicus, offert aliquid propriæ voluntatis : ita hi quoque in docendo habent quiddam, quod nobis faciat audiendi sitim.

Facetum quoque non tantum circa ridicula opinor consistere. Neque enim diceret Horatius, *facetum carminis genus natura concessum esse Virgilio* : decoris hanc magis, et exultæ ejusdam elegantix appellationem puto : ideoque in epistolis Cicero hæc Bruti refert verba, *Næ illi sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti molles* : quod convenit cum illo Horatiano, *molle atque facetum Virgilio*.

Jocum vero accipimus, quod est contrarium serio : nam et fingere, et terere, et promittere interim *jocus* est.

Dicacitas sine dubio a dicendo, quod est omni generi commune, ducta est :

nérique *dicere*; elle signifie proprement des paroles piquantes par lesquelles nous cherchons à faire rire aux dépens d'autrui. Ainsi on accorde à Démosthène l'*urbanité*, on lui dénie la *dicacité*.

Mais, comme il s'agit ici spécialement de ce qui fait rire, sujet que les Grecs ont renfermé tout entier dans un traité sur le rire, *περὶ γελοίου*, nous distinguerons d'abord dans cette matière, comme dans toute autre théorie oratoire, ce qui s'applique aux choses et ce qui s'applique aux personnes. Quant à la pratique, elle est simple : ou c'est d'autrui que nous prenons occasion de rire, ou de nous-mêmes, ou de causes intermédiaires : d'autrui, pour censurer, réfuter, rabaisser, rétorquer, éluder; de nous-mêmes, en disant à dessein des choses qui frisent l'absurde, pour me servir de l'expression de Cicéron; car ce qui serait sottise, s'il nous échappait par imprudence, devient un trait d'esprit quand on n'y voit qu'un travestissement. Enfin le troisième genre consiste, comme dit encore Cicéron, à donner le change aux auditeurs, en détournant l'acception des mots, et dans d'autres artifices semblables qui ne touchent ni nous ni les autres; voilà pourquoi j'appelle cela des causes *intermédiaires*.

On fait également rire par des actions et par des paroles. Si c'est par des actions, plus on y met de sérieux, plus elles sont plaisantes. Le consul Isauricus avait brisé la chaise curule du préteur M. Cælius; celui-ci en fit apporter une autre tendue avec des courroies; or, on disait que le consul avait jadis reçu les étrivières de son

proprie tamen significat sermonem cum risu aliquos incessentem : ideo Demosthenem *urbanum* fuisse dicunt, *dicacem* negant.

Proprium autem materiæ, de qua nunc loquimur, est *ridiculum*; ideoque hæc tota disputatio a Græcis *περὶ γελοίου* inscribitur; ejus prima divisio traditur eadem, quæ est omnis orationis, ut sit positum *in rebus*, aut *in verbis* usus autem maxime simplex. Aut enim *ex aliis* risum petimus, aut *ex nobis*, aut *ex rebus* mediis : *aliena* aut *reprehendimus*, aut *refutamus*, aut *elevamus*, aut *repercutimus*, aut *eludimus* : *nostra*, *ridicule indicamus*, et, ut verbo Cicéronis utar dicimus, aliqua *subabsurda* : namque eadem, quæ, si imprudentibus excitant, *stulta* sunt; si simulamus, *venusta* creduntur. Tertium est genus, ut idem dicit, in *decipiendis expectationibus*, dictis aliter accipiendis, ceterisque, quæ neutram personam contingunt, ideoque a me *media* dicuntur.

Item *ridicula* aut facimus, aut dicimus : facto risus conciliatur, interim admixta gravitate; ut M. Cælius prætor, quum sellam ejus curulem consu Isauricus fregisset, alteram posuit loris intentam; dicebatur autem consul a

père. On fait quelquefois rire aux dépens de la pudeur : telle est l'histoire de la boîte donnée à Clodia par Cœlius; mais cela n'est séant ni dans un orateur, ni dans un homme qui se respecte. Ce que je dis des actions, je le dis de l'air et du geste, qui n'ont jamais plus de charme que lorsqu'ils ne paraissent pas arrangés, car rien n'est plus fade que l'affectation en ce genre. Cependant, quoique le sérieux donne infiniment de grâce à une plaisanterie, et qu'un mot ne soit jamais plus plaisant que lorsque celui qui le dit ne rit point, on ne peut nier qu'il y a quelquefois dans le maintien, dans la physionomie et dans les gestes, quelque chose d'expressif qui ajoute encore à l'effet, quand on y met de la mesure.

A l'égard des paroles, ou elles sont vives et enjouées, comme étaient la plupart de celles d'A. Galba; ou injurieuses, c'était le caractère de celles de Junius Bassus; ou mordantes à la manière de Cassius Severus; ou sans fiel comme les disait Domitius Afer. Il importe encore de consulter le lieu où l'on est. A table et dans les conversations familières, les propos licencieux plairont aux gens sans éducation; les saillies d'une honnête gaieté conviendront à tout le monde. Mais gardons-nous de jamais blesser, et loin de nous la maxime de *perdre un ami plutôt qu'un bon mot*. Dans les disputes du barreau, faisons-nous aussi une loi d'être inoffensifs; je sais qu'il est permis de s'emporter contre son adversaire et de le traiter rudement, jusque-là qu'on est autorisé à accuser ouvertement

patre flagris aliquando cæsus : interim sine respectu pudoris, ut in illa *pyxide Cæliana*, quod neque oratori, neque ulli viro gravi conveniat. Idem autem de vultu gestuque ridiculo dictum sit : in quibus est quidem summa gratia, sed major, quum captare risum non videntur ; nihil enim est his, quæ sicut *salsa* dicuntur, insulsius : quamquam autem gratiæ plurimum dictis severitas affert, fitque ridiculum id ipsum, quod, qui dicit, non ridet : est tamen interim et *aspectus et habitus oris et gestus* non inurbanus, quum iis modus contingit.

Id porro, quod dicitur, aut est *lascivum et hilare*, qualia A. Galbæ pleraque; aut *contumeliosum*, qualia nuper Junii Bassi ; aut *asperum*, qualia Cassii Severi ; aut *lene*, qualia Domitii Afri : refert, his ubi quis utatur ; nam in convictibus et quotidiano sermone *lasciva* humilibus, *hilaria* omnibus convenient. Lædere nunquam velimus, longeque absit propositum illud, *Potius amicum, quam dictum, perrendi* : in hac quidem pugna forensi malim mihi lenibus uti licere, quamquam et contumeliose et aspere dicere in adversarios permissum est : quum

quelqu'un et à demander sa tête; mais au barreau comme ailleurs il y a de l'inhumanité à insulter celui qui n'est que malheureux, parce que le malheur n'est point un crime, et qu'il peut atteindre à son tour celui qui s'en raille. Il faut donc considérer avant tout à qui l'on a affaire, quel est le genre de la cause, auprès de qui et contre qui l'on plaide, et enfin ce qu'on dit.

L'orateur ne doit jamais défigurer ses traits par des grimaces ni faire de contorsions; cela n'est bon que pour des baladins. La raillerie bouffonne et de bas comique est ce qu'il y a de moins convenable à son caractère. Quant à l'obscénité, il doit la fuir non-seulement dans les mots, mais dans le sens qu'on pourrait leur donner, et, s'il lui arrive d'avoir à reprocher quelque infamie à son adversaire, ce ne sera pas sur le ton de la plaisanterie qu'il le fera. De plus, comme je veux que l'orateur sache au besoin railler avec urbanité, aussi je ne veux pas qu'il paraisse trop s'y complaire. Il ne plaisantera donc pas toutes les fois qu'il le pourrait, et aimera mieux sacrifier un bon mot que d'affaiblir son autorité. Et si la cause est de nature à faire frémir, ou à exciter au plus haut degré la compassion, un avocat sera-t-il bien reçu à égayer un pareil sujet? Il y a d'ailleurs des juges à l'humeur sombre, qui n'aiment pas qu'on cherche à les dérider.

Il arrive aussi quelquefois que ce que nous disons contre notre adversaire retombe à plat sur le juge lui-même ou sur notre partie : il s'est même rencontré des avocats assez maladroits pour

accusare etiam palam, et caput alterius juste petere concessum sit; sed hic quoque tamen inhumana videri solet fortunæ insectatio : vel quia culpa caret, vel quia recidere etiam in ipsos, qui objecerunt, potest : primum itaque considerandum est, et *quis*, et *in qua causa*, et *apud quem*, et *in quem*, et *quid dicat*.

Oratori minime convenit distortus vultus, gestusque; quæ in mimis rideri solent : *dicacitas* etiam scurrilis et scenica huic personæ alienissima est : *obscenitas* vero non a verbis tantum abesse debet, sed etiam a significatione : nam, si quando objici potest, non in joco exprobranda est. Oratorem præterea ut dicere urbane volo, ita videri affectare id, plane nolo. Quapropter ne dicet quidem salse, quoties poterit, et dictum potius aliquando perdet, quam minuet auctoritatem. Nec accusatorem atroci in causa, nec patronum in miserabili jocantem feret quispiam : sunt etiam, judices quidam tristiores, quam ut risum libenter patiantur.

Solet interim accidere, ut id, quod in adversarium dicimus, aut in judicem conveniat, aut in nostrum quoque litigatorem : quamquam aliqui reperiuntur,

lancer le trait qui devait les atteindre eux-mêmes. Longus Sulpicius était d'une laideur repoussante; plaidant un jour contre un homme qui voulait se faire déclarer libre, il fit remarquer que sa figure donnait un démenti à ses prétentions. *Eh quoi!* lui répondit Domitius Afer, *est-ce bien sérieusement, Longus, qu'à votre avis, celui qui a le malheur d'être laid ne peut prétendre à la dignité d'homme libre?*

Ne disons rien non plus qui décèle l'insolence, ou l'orgueil, qui soit déplacé ou hors de saison, ou qui paraît ne avoir été préparé à l'avance et apporté tout fait. J'ai déjà dit ce que je pensais sur l'inhumanité qu'il y avait à se moquer du malheur, j'ajouterai : il y a de ces réputations tellement hors de toute atteinte, qu'on ne se fait tort qu'à soi-même en voulant y mordre. Je ne répéterai pas les recommandations que j'ai faites sur les ménagements qu'on doit à ses amis; mais il est un conseil, aussi bon à suivre dans le monde qu'au barreau, c'est, lorsqu'on s'attaque à gens qu'il est dangereux de blesser, de faire en sorte qu'il ne s'ensuive pas ou de fâcheuses inimitiés ou d'humiliantes réparations. C'est aussi une maladresse que de s'en prendre à des masses, de railler, par exemple, toute une nation, tout un ordre de la société, ou des professions, des goûts qui sont le partage d'un grand nombre. Tout ce que dit l'orateur, véritablement homme de bien, il le dit sans que sa dignité en souffre, sans que la décence en soit effarou-

qui ne id quidem, quod in ipsos recidere possit, evitent : quod fecit Longus Sulpicius, qui, quum ipse fœdissimus esset, ait eum, contra quem iudicio liberali aderat, *ne faciem quidem habere liberi hominis* : cui respondens Domitius Afer, *Ex tui, inquit, animi sententia, Longe? qui malam faciem habet, liber non est?*

Vitandum etiam, ne *petulans*, ne *superbum*, ne *loco*, ne *tempore alienum*, ne *præparatum et domo allatum* videatur, quod dicimus; nam adversus miseros, sicut supra dixeram, inhumanus est jocus : sed quidam ita sunt receptæ auctoritatis ac notæ verecundiæ, ut nocitura sit in eos dicendi petulantia; nam de amicis jam præceptum est. Illud non ad orandi fere consilium, sed ad hominis pertinet : lacessat hoc modo, quem lædere sit periculosum, ne aut inimicitæ graves insequantur, aut turpis satisfactio : male etiam dicitur, quod in plures convenit : si aut nationes totæ incessantur, aut ordines, aut conditio, aut studia multorum. Ea, quæ dicit vir bonus, omnia salva dignitate

chée. Ce serait mettre à trop haut prix le titre de plaisant que de l'acquérir aux dépens de la probité.

Dire à présent quels sont les lieux d'où se tire communément ce qui fait naître le rire, serait une tâche fort difficile; car si l'on voulait parcourir toutes les variétés de ce sujet, on n'en trouverait pas la fin. En effet, ces lieux ne sont ni moins nombreux ni autres que ceux-là mêmes d'où se tirent toutes les sortes de pensées; il y faut également l'invention et l'élocution, cette dernière appliquée aux mots comme aux figures.

Or, on prend occasion de faire rire, tantôt de la personne de son adversaire, tantôt de son esprit, quand il a dit ou fait quelque chose de gauche; tantôt de circonstances purement extérieures; car voilà tout ce qui peut fournir matière à censurer. Si l'on censure avec gravité, c'est une imputation sérieuse; si l'on y met de l'enjouement, c'est une raillerie. Ensuite, ces défauts dont nous nous moquons, ou nous appelons sur eux les regards, ou nous les signalons dans un récit, ou nous les flétrissons par un trait satirique.

On a rarement la ressource d'exposer aux yeux l'objet d'une plaisanterie, comme le fit C. Julius. Importuné des criailleries d'Helvius Mancina : *Prenez garde*, lui dit-il, *que je ne fasse voir qui vous êtes !* Celui-ci l'en ayant défié, il montra du doigt l'image hideuse d'un Gaulois peinte sur un bouclier qui pendait comme enseigne à l'une des boutiques du Forum, et cette image se trouva

ac verecundia dicet : nimium enim risus pretium est, si probitatis impendio colat.

Unde autem concilietur risus, et quibus ex locis peti soleat, difficillimum dicere : nam, si species omnes persequi velimus, nec modum reperiemus, et frustra laborabimus. Neque enim minus numerosi sunt loci, ex quibus hæc dicta, quam illi, ex quibus eæ, quas *sententias* vocamus, ducuntur, neque alii : nam hic quoque est *inventio* et *elocutio*, atque ipsius elocutionis vis, alia in *verbis*, alia in *figuris*.

Risus igitur oriuntur aut *ex corpore* ejus, in quem dicimus; aut *ex animo*, qui factis ab eo dictisque colligitur; aut *ex his, quæ sunt extra posita* : intra hæc enim est omnis vituperatio, quæ si gravius posita sit, *severa est*; si levius, *ridicula* : hæc aut ostenduntur, aut narrantur, aut dicto notantur.

Rarum est autem, ut oculis subjicere contingat, ut fecit C. Julius, qui quum Helvis Mancinæ sæpius obstrepenti sibi diceret, *Jam ostendam, qualis sis* : isque plane instaret interrogatione, qualem tandem se ostensurus esset, digito demonstravit imaginem Galli in scuto cimbrico pictam, cui Mancina tum

être la ressemblance exacte de Mancianus. Est-ce dans un récit qu'on veut railler son adversaire ? il y faut de la finesse et un talent particulier comme orateur. Nous en avons deux beaux modèles, l'un dans le plaidoyer *pour Cluentius*, où Cicéron s'égayé sur le compte de Cepasius et de Fabricius, et l'autre dans la manière dont Cœlius peint l'émulation qui existait entre D. Lélius et son collègue, pour se rendre à leurs départements respectifs. Ces sortes de récits demandent une exposition qui ait de l'élégance et de la grâce, et surtout que ce qu'y ajoute l'orateur soit d'un excellent ton de plaisanterie. Voici comme Cicéron arrange la fuite de Fabricius. *Quand ce grand orateur crut avoir épuisé toutes les ressources de son art, quand il crut avoir porté le pathétique à son comble par ces paroles imposantes : REGARDEZ la vieillesse de C. Fabricius ! et qu'il eut à plusieurs reprises répété ce mot, REGARDEZ, qui lui paraissait si merveilleux, il s'avisa de regarder en effet.... Fabricius n'y était plus, il s'était furtivement éclipsé de l'audience.* Tout ce qui suit dans ce passage, d'ailleurs bien connu, est également piquant ; or, dans tout cela, il n'y avait qu'une chose de vraie, c'est que Fabricius avait quitté la place. Cœlius, après avoir exposé son récit avec beaucoup de grâce, finit par ce trait : *Arrivé là, comment passa-t-il, fût-ce sur un vaisseau ou sur une barque de pêcheur ? on n'en savait rien : mais les Siciliens, d'humeur joviale et railleuse, disaient qu'un dauphin complaisant l'avait pris sur son dos et transporté à l'autre rive comme un nouvel Arion.*

simillimus est visus : tabernæ autem erant circa Forum, ac scutum illud signi gratia positum. Narrare, quæ salsa sint, in primis est subtile et oratorium : ut Cicero pro Cluentio narrat de Cepasio atque Fabricio, aut M. Cœlius de illa D. Lælii collegæque ejus in provinciam festinantium contentione sed in his omnibus quum elegans et venusta exigitur tota expositio, tum id festivissimum est, quod adjicit orator. Nam et a Cicerone sic est Fabricii fuga illa condita : *Itaque, quum callidissime se putaret dicere, et quum illa verba gravissima ex intimo artificio deprompsisset : Respicite C. Fabricii senectutem : quum hoc, respicite, ornandæ orationis causa sæpe dixisset, respexit ipse : at Fabricius a subselliis demisso capite discesserat, et cetera, quæ adjecit ; nam est notus locus, quum in re hoc solum esset, Fabricium a judicio recessisse.* Et Cœlius quum omnia venustissime finxit, tum illud ultimum, *Hic subsecutus quomodo transierit, utrum rate an piscatorio navigio, nemo sciebat : Siculi quidem, ut sunt lascivi et dicaces, aiebant in delphino sedisse, et sic tamquam Ariona transvectum.*

C'est dans un récit, dit Cicéron, que brille l'enjouement; et la raillerie, la *dicacité*, consiste à lancer un trait vif et imprévu. Afer Domitius a réussi dans les deux genres. Ses plaidoyers abondent en récits charmants, et ses bons mots sont en si grand nombre qu'on en a fait un recueil.

Il y a aussi une manière de railler qui n'est ni saillie ni enjouement, mais qui résulte de certaines actions prolongées, du genre de celle que rapporte Cicéron au deuxième livre de *l'Orateur* et en d'autres lieux, à propos de Crassus plaidant contre Brutus. Ce dernier, dans une accusation contre Cn. Plancus, dont L. Crassus était l'avocat, avait fait venir deux lecteurs pour démontrer que Crassus s'était mis en opposition avec lui-même, en disant, dans l'affaire de la colonie Narbonnaise, tout le contraire de ce qu'il avait dit au sujet de la loi Servilia. Que fit Crassus? Il commit à son tour trois lecteurs et leur donna à lire des dialogues du père de Brutus, dont l'un avait été composé à Priverne, l'autre à Albano, et le troisième à Tibur, et il demanda ce qu'étaient devenus ces domaines. Or, Brutus les avait tous vendus, et il s'était déshonoré pour avoir aliéné son patrimoine.

On a bonne grâce encore à citer à propos des apologues et même à faire des applications historiques. Quoi qu'il en soit, une plaisanterie d'un tour rapide et concis pénètre toujours plus avant

In narrando autem Cicero consistere *facetias* putat, *dicacitatem* in jaciendo : mire fuit in hoc genere venustus Afer Domitius, cujus orationibus complures hujusmodi narrationes insertæ reperiuntur : sed dictorum quoque ab eodem urbane sunt editi libri.

Illud quoque genus est positum non in hac veluti jaculatione verborum et inclusa breviter urbanitate, sed in quodam longiore actu, quod de Crasso contra Brutum Cicero in secundo *de Oratore* libro, et aliis quibusdam locis narrat. Nam, quum Brutus in accusatione Cn. Planci ex duobus lectoribus ostendisset, contraria L. Crassum patronum ejus in oratione, quam de colonia narbonensi habuerat, suasisse iis, quæ de lege Servilia dixerat ; tres excitavit et ipse lectores, hisque patris ejus dialogos dedit legendos : quorum quum in *Privernati* unus, alter in *Albano*, tertius in *Tiburti* sermonem habitum complecteretur, requirebat, *Ubi essent ex possessiones?* omnes autem illas Brutus vendiderat : et, quum paterna emancuparet prædia, turpis habebatur.

Similis in apologis quoque et quibusdam interim etiam historiis exponendi gratia consequi solet. Sed acutior est illa atque velocior in urbanitate bre-

dans l'esprit : c'est une arme à double tranchant pour l'attaque et pour la défense. Les lois sont en partie les mêmes; car tout ce qui se dit pour harceler son adversaire peut se dire aussi pour lui riposter. Cependant certains traits semblent plutôt appartenir à la repartie. Les uns sont un effet spontané de la colère, les autres naissent dans la chaleur de la dispute ou dans l'interrogation des témoins.

Comme les bons mots se puisent à bien des sources, je dois répéter ici que toutes ne conviennent pas à l'orateur. Et d'abord, pour parler des plaisanteries qui se fondent sur l'équivoque, il doit s'abstenir non-seulement de ces termes captieux et obscurs à la manière des Atellanes, et de ces grossièretés si familières au bas peuple, où l'ambiguïté cache presque toujours une injure; mais même de ces jeux de mots comme s'en est quelquefois permis Cicéron, jamais pourtant lorsqu'il plaidait. Tel est celui-ci à un candidat qui passait pour le fils d'un cuisinier, et qui, devant lui, demandait le suffrage d'un citoyen : *Ego quoque tibi favebo*. Ce n'est pas que j'exclue absolument tous les mots à double signification, mais c'est qu'il est rare que les deux sens se répondent bien, si la situation n'y aide pas. D'après cette règle, ne pourrait-on pas taxer de mauvais goût ce que dit encore Cicéron contre Isauricus, le même dont j'ai parlé plus haut : *Je m'étonne que votre père, homme si uni, ait laissé un fils aussi inégal?* En revanche, voici

vitas : cujus quidem duplex forma est, *dicendi*, ac *respondendi*. Sed ratio communis in partem; nihil enim quod in *laccessendo* dici potest, non etiam in *repercutiendo* : at quædam propria sunt respondentium : illa etiam ira concitati afferre solent; hæc plerumque in altercatione, aut in rogandis testibus requiruntur.

Quum sint autem loci plures, ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendum est mihi, non omnes eos oratoribus convenire. Inprimis autem *ex amphibolia*, neque illa obscura, quæ atellanæ more captent, nec qualia vulgo jactantur a vilissimo quoque, conversa in maledictum fere ambiguitate : ne illa quidem, quæ Ciceroni aliquando, sed non in agendo, exciderunt, ut dixit quum is candidatus, qui coci filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret : *Ego quoque tibi favebo*. Non, quia excludenda sint omnino verba, duos sensus significantia; sed, quia raro belle respondeant, nisi quum prorsus rebus ipsis adjuvantur : quare non hoc modo, pæne et ipsum scurile, Ciceronis est in eundem, de quo supra dixi, Isauricum, *Mirror, quid sit, quod pater tuus, homo constantissimus, te nobis varium reliquit* : sed illud ex eodem

quelque chose du même genre et qui est fort beau. L'accusateur de Milon, pour lui prouver qu'il avait dressé des embûches à Clodius, lui objectait qu'il s'était retiré à Boville avant la neuvième heure, afin d'attendre que ce dernier sortit de sa maison de campagne; et comme il le pressait de répondre à quelle heure Clodius avait été tué : **TARD**, répondit Cicéron. Cet exemple seul suffirait pour ne pas proscrire tout à fait les jeux des mots.

Ils ne se bornent pas à présenter plusieurs sens, ils en offrent aussi de contraires. Ainsi Néron disait d'un très-méchant esclave, *qu'il n'avait pas de serviteur d'une fidélité plus éprouvée, qu'aussi n'y avait-il rien de clos ni de scellé pour lui*. Cela va quelquefois jusqu'à l'énigme; témoin ce que dit Cicéron de la mère de Pletorius, accusateur de Fonteius : *Cette femme, dit-il, qui tint école toute sa vie et eut des maîtres après sa mort*. On disait, en effet, que de son vivant, sa maison était le rendez-vous des femmes les plus débauchées, et quand elle fut morte, ses biens furent vendus à l'encan : ainsi le mot *école* est employé par métaphore, et le mot *maîtres* fait équivoque, parce qu'on appelait **MAGISTRI** ceux qui présidaient aux ventes publiques. Un jeu de mots a lieu aussi par *métalepse*. Fabius Maximus, reprochant à Auguste la mesquinerie de ses dons envers ses ennemis, disait que ses *congiaires* étaient des *héminaires*; et comme le congiaire est à la fois le nom d'une mesure et celui d'un présent, en l'appelant *héminaire*, qui est une

genere præclarum, quum objiceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, quod Bovillas ante horam nonam devertisset, ut expectaret, dum Clodius a villa sua exiret, et identidem interrogaret, quo tempore Clodius occisus esset? respondit, sero : quod vel solum sufficit, ut hoc genus non totum repudietur.

Nec plura modo significari solent, sed etiam diversa : ut Nero de servo pessimo dixit, *Nulli plus apud se fidei haberi, nihil ei neque clusum neque signatum esse*. Pervenit res usque ad ænigma : quale est Ciceronis in Pletorium Fonteii accusatorem, *ejus matrem dixit, dum vixisset, ludum, postquam mortua esset, magistros habuisse* ; dicebantur autem, dum vixit, infames feminæ convenire ad eam solitæ : post mortem bona ejus venibant : quamquam hic *ludus* per translationem dictus est, *magistri* per ambiguitatem. In metalepsin quoque cadit eadem ratio dictorum : ut Fabius Maximus, incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, *heminaria esse* dixit : nam

mesure de moitié plus petite, c'était dire que les libéralités d'Auguste n'étaient pas grandes.

Supposer des noms en altérant les véritables, au moyen de lettres qu'on ajoute, qu'on retranche ou qu'on change, n'est pas moins puéril. Ainsi je trouve qu'un certain Acisculus fut appelé Pacisculus, par allusion à un contrat (*quia esset pactus*); qu'un Placidus avait été changé en Acidus, à cause de l'aigreur de son caractère, et qu'un Tullius était devenu Tollius, parce que c'était un fripon. Mais si ce genre de plaisanterie est mauvais quand il roule sur des noms, ce n'est pas de même quand il s'applique aux choses. Afer, voyant Mallius Sura se démener beaucoup dans une cause qu'il plaidait, aller, venir, gesticuler, tantôt déplier sa robe et tantôt la replier, disait de lui fort agréablement, qu'il ne plaidait pas, mais qu'il se donnait du mouvement, *non agere, sed satagere*. En effet, le mot *satagere*, faire l'affairé, peint par lui-même un ridicule sans qu'il soit besoin d'y sous-entendre une autre signification.

Il suffit aussi d'une aspiration ôtée ou ajoutée à un nom ou de deux mots joints ensemble, pour amener des équivoques, quelquefois passables, le plus souvent froides et insipides. C'est ce qui arrive encore à toutes ces allusions qu'on fait sur les noms. Cicéron ne les a pas épargnées à celui de Verrès, sans les donner toutefois comme venant de lui. En voici quelques-unes : *C'était à bon droit qu'il s'appelait Verrès, puisqu'il devait un jour tout BALAYER.*

congiarium commune liberalitatis atque mansuræ : ea mansura ducta in minutionem rerum.

Et tam frigida, quam est nominum fictio adjectis, detractis, mutatis litteris : ut *Acisculum*, quia esset pactus, *Pacisculum* ; et *Placidum* nomine, quia is acerbus natura esset, *Acidum* ; et *Tullium*, quum fur esset, *Tollium* dictos invenio. Sed hæc eadem genera commodius in rebus, quam in nominibus respondent. Afer enim venuste Mallium Suram, multum in agendo discursantem, salientem, manus jactantem, togam dejicientem et reponentem, *non agere*, dixit, *sed satagere*, est enim dictum per se urbanum, *satagere*, etiamsi nulla subsit alterius verbi similitudo.

Fiunt et adjecta et detracta adspiratione, et binis conjunctis verbis similiter sæpius frigida, aliquando tamen recipienda ; eademque conditio est in iis, quæ nominibus trahuntur : nulla ex hoc Cicero in Verrem, sed ut ab aliis dicta ; modo, *futurum, ut omnia verreret*, quum diceretur ei *Verres* : modo *Hercuit*

— *Il avait été plus dangereux pour Hercule que le SANGLIER d'Érymanthe, puisqu'il l'avait pillé. — Il ne pouvait y avoir qu'un mauvais SACRIFICATEUR qui n'eût pas immolé un animal aussi nuisible, parce que Verrès avait succédé à Sacerdos.*

Cependant quelquefois l'occasion se présente de tirer heureusement parti de ce genre de plaisanterie, comme l'a fait Cicéron dans le plaidoyer pour *Cécina*, en parlant d'un témoin qui se nommait Phormion : *Vous voyez, juges, que ce témoin n'est ni moins noir ni moins présomptueux que le Phormion de Térrence.*

Une plaisanterie a donc plus de mordant et plus de grâce, quand elle est fondée sur la nature même des choses, surtout sur la ressemblance avec ce qui est inférieur ou de moindre prix; ce qu'affectionnaient les anciens, car Lentulus fut surnommé par eux *Spinther*, et Scipion *Sérapion*. On ne se contente pas de saisir cette ressemblance dans les hommes, on la prend même chez les animaux. Ainsi, dans mon enfance, Junius Bassus, mauvais plaisant, était appelé l'*Ane blanc*. Sarmenus ou P. Blessus est allé plus loin encore; car, pour désigner un certain Junius qui était noir, maigre et courbé, il le comparait à une *agrafe de fer*. C'est un genre de facétie qui est aujourd'hui fort à la mode.

La similitude s'emploie pour railler tantôt ouvertement, tantôt sous le voile de la parabole. C'est à cette dernière espèce qu'appar-

quem expilaverat, molestiorem pro Erymanthio fuisse : modo, malum sacerdotem, qui tam nequam verrem reliquisset : quia sacerdoti Verres successerat.

Præbet tamen aliquando occasionem quædam felicitas hoc quoque genere bene utendi : ut pro Cæcina Cicero in testem Sext. Clodium Phormionem, Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam est ille Terentianus Phormio.

*Acriora igitur sunt et elegantiora, quæ trahuntur ex vi rerum : in his maxime valet similitudo, si tamen ad aliquid inferius leviusque referatur : quæ jam veteres illi jocabantur, qui Lentulum *Spintherem*, et Scipionem *Sérapionem* esse dixerunt : sed ea non ab hominibus modo petitur, verum etiam ab animalibus : ut nobis pueris Junius Bassus, homo in primis dicax, *Asinus albus* vocabatur. Et Sarmenus, seu P. Blessus, *Junium hominem nigrum, et macrum, et pandum, sfulam ferream* dixit : quod nunc risus petendi genus frequentissimum est.*

Adhibetur autem similitudo interim palam, interim inseri solet parabolæ

tient ce qu'Auguste dit un jour à un soldat qui lui présentait un placet : *Pourquoi trembles-tu? on dirait que tu présentes une pièce de monnaie à un éléphant.*

La plaisanterie consiste quelquefois à dire ce qui a un air de vérité. Vatinius, accusé, s'essuyait le front avec un mouchoir blanc; Calvus, son accusateur, lui en faisait un crime, comme d'une chose peu convenable à sa position : *Je fais bien pis*, lui répondit Vatinius; *quoique accusé, je mange aussi du pain blanc.*

Quelquefois il y a de la finesse, entre deux choses semblables, à en employer une métaphoriquement par une sorte de fiction. Ainsi au triomphe de César on avait représenté en ivoire et promené avec pompe les villes qu'il avait prises ; à quelques jours de là on fit la même cérémonie pour les villes qui ornaient le triomphe de Fabius Maximus, mais ces villes étaient figurées en bois. Chrysippe dit que ces dernières étaient les *étuis* de celles de César. Pedon disait d'un gladiateur qui en serrait un autre de près sans le frapper : *Est-ce qu'il veut le prendre vif?* On joint aussi la similitude à l'équivoque : Galba, voyant un joueur de paume qui allait négligemment au devant de la balle : *Tu cours après*, lui dit-il, *comme un candidat du choix de César*; le mot latin dont il se servait, *petis*, voilà l'équivoque; la sécurité, voilà la similitude. Mais c'est assez de ces exemples. Au surplus, les plaisanteries se composent très-souvent du mélange de divers genres, et les meilleures sont celles qui en comportent le plus.

cujus est generis id Augusti, qui militi libellum timide porrigenti, *Noli. inquit, dubitare, tamquam assem elephantis des.*

Sunt quædam veri similia : unde Vatinius dixit hoc dietum, quum reus, agente in eum Calvo, frontem candido sudario tergeret, idque ipsum accusator, in invidiam vocaret, *Quamvis reus sum, inquit, et panem candidum edo.*

Adhuc est subtilior illa ex simili translatio, quum, quod in alia re fieri solet, in aliam mutuamur : ea dicatur sane *fectio* : ut Chrysippus, quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata, et post dies paucos Fabii Maximi lignea, *thecas esse oppidorum Cæsaris* dixit : et Pedit de mirmillone, qui retiarium consequeretur, nec feriebat, *Vivum*, inquit, *capere vult*. Jungitur amphiboliæ similitudo : ut A. Galba pilam negligenter petenti, *Sic*, inquit, *petis, tamquam Cæsaris candidatus* : nam illud *petis* ambiguum est, securitas similis : quod hactenus ostendisse satis est. Ceterum frequentissima aliorum generum cum aliis mixtura est ; eaque optima, quæ ex pluribus constat.

On plaisante de la même manière, en se fondant sur des dissimulances. Un chevalier romain buvait au spectacle. Auguste lui envoya dire que lui, empereur, ne prenait ses repas qu'au logis. *C'est que vous ne craignez pas de perdre votre place*, lui fit répondre le chevalier. Quand on plaisante sur les contraires, cela se fait de plus d'une façon. C'en est une, par exemple, que cette réponse d'Auguste à un officier, qu'il venait de renvoyer avec ignominie, et qui cherchait à le fléchir par ces mots : *Que répondrai-je à mon père?* DIS-LUI QUE JE T'AI DÉPLU. C'en est une autre que celle de Galba à un ami qui lui demandait son manteau : *Je ne puis vous le prêter, parce que je reste dans ma chambre*. En effet, il y pleuvait de toutes parts. Enfin, en voici une troisième dont je ne nommerai pas l'auteur, par respect pour lui : *Vous êtes, disait-il à quelqu'un, plus débauché qu'un eunuque*. Dans ces exemples, l'esprit est déçu, on lui donne le change, et c'est par les contraires. Voici encore une plaisanterie puisée à la même source, quoiqu'elle ne ressemble à aucune des précédentes. On annonçait à M. Vestinius la mort de quelqu'un : *Il va donc, dit-il, cesser de sentir mauvais*.

Je grossirais mon livre de citations sans nombre et je finirais par composer moi-même un recueil de bons mots, si je voulais citer tous ceux des anciens. Contentons-nous de remarquer qu'on les tire aussi de tous les lieux d'où se tirent les arguments. Ainsi Auguste s'est servi de la *définition*, au sujet de deux pantomimes

Eadem dissimilium ratio est : hinc eques romanus, ad quem in spectaculis bibentem quum misisset Augustus, qui ei diceret, *Ego si prandere volo, demum eo*. — *Tu enim, inquit, non times, ne locum perdas*. Ex contrario non una species : neque enim eodem modo dixit Augustus præfecto, quem cum ignominia mittebat, subinde interponenti precibus, *Quid respondebo patri meo?* — *Dic, me tibi displicuisse* ; quo Galba, penulam roganti, *Non possum commodare, domi maneo* ; quum cœnaculum ejus perplueret : tertium adhuc illud, siquidem, ut ne auctorem ponam, verecundia ipsius facit, *Libidinosior est, quam ullus spado* : quo sine dubio et opinio decipitur ; sed ex contrario : et hoc ex eodem loco est, sed nulli priorum simile, quod dixit M. Vestinius quum ei nunciatum esset, *Aliquando desinet putere*.

Onerabo librum exemplis, similemque iis, qui risus gratia componuntur, effliciam, si persequi voluero singula veterum : ex omnibus argumentorum locis eadem occasio est ; nam et *imitatione* usus est Augustus de pantomimis

qui se répondaient alternativement par des gestes, en disant que l'un lui faisait l'effet d'un homme *qui veut danser*, et l'autre d'un *fâcheux qui l'interrompt*; et Galba s'est servi de la *division*, quand il a répondu à un ami qui lui demandait son manteau : *S'il ne pleut pas, vous n'en avez que faire; s'il pleut, je m'en servirai*. Enfin le genre, l'espèce, les propriétés, les différences, les conjugués, les adjoints, les conséquents, les antécédents, les opposés, les causes, les effets, les comparaisons d'égal à égal, du petit au grand, du grand au petit, tout cela fournit matière à des plaisanteries. Il en est de même de tous les tropes. Que de railleries qui ne sont que des *hyperboles* ! Cicéron disait d'un homme démesurément long, *que sa tête touchait à la voûte de l'Arc de Fabius*; et P. Oppius, en parlant de la famille des Lentulus, où les enfants étaient constamment plus petits que leurs pères, disait que cette famille *mourrait à force de naître*. Et l'*ironie* ? n'est-elle pas aussi un genre de plaisanterie, même quand elle a un tour sérieux ? Afer en a fait un usage fort élégant à l'égard de Didius Gallus, qui, après avoir obtenu une charge qu'il avait vivement brigüée, s'en plaignait comme d'une violence qu'on lui avait faite : *Allons*, lui dit Afer, *un peu de courage: faites quelque chose pour le bien de l'État*. En voici une de Cicéron : on avait annoncé la mort de Vatinius, mais la nouvelle paraissait incertaine : *En attendant*, dit-il, *jouissons des intérêts*. Il disait aussi, *par allégorie*, en parlant de M. Cœlius, qui s'entendait mieux à accuser qu'à défendre, qu'il avait *la main*

duobus, qui alternis gestibus contendebant, quum eorum alterum *sallatorem* dixit, alterum *interpellatorem* : et partitione Galba, quum penulam roganti respondit, *Non pluit, non opus est tibi : si pluit, ipse utar* : proinde *genere, specie, propriis, differentibus, jugatis, adjunctis, consequentibus, antecedentibus, repugnantibus, causis, effectis, comparatione parium, majorum, minorum, similis materia* prebetur. Sicut in *tropos* quoque omnes cadunt : an non plurima καὶ ὑπερβολῆν dicuntur ? quale refert Cicero de homine prælongo, *caput eum ad fornicem Fabium offendisse* : et, quod P. Oppius dixit de genere Lentulorum, quum assidue minores parentibus liberi essent, *nascendo interiturum*. Quid *ironia* ? nonne etiam, quæ severissime fit, joci prope genus est ? Qua urbane usus est Afer, cum Didio Gallo, qui provinciam ambitiosissime petierat, deinde, impetrata ea, tamquam coactus querebatur, *Age*, inquit, *aliquid et reipublicæ causa elabora* : quaque Cicero lusit, quum, Vatini morte nunciata, cujus parum certus dicebatur auctor, *Interim*, inquit, *usura fruar*. Idem per allegoriam M. Cœlium, melius objicientem crimina, quam defen-

droite bonne et la gauche mauvaise. Julius a dit, pas antonomase, qu'*Accius Navius, comme le fer, taillait tout ce qu'il attaquait.*

On tire également parti, pour plaisanter, de toutes les figures de pensées, et quelques rhéteurs ont distingué celles qui s'y prêtent, sous la forme de l'interrogation, du doute, de l'affirmation, de la menace, du désir. Il est aussi des choses que nous proférons, comme si nous étions mus par un sentiment de pitié, d'autres comme si nous étions en colère : Or, tout ce qui a l'air évidemment simulé peut faire rire. Rien de plus aisé que de relever ce qui est pure bêtise, car par elle-même toute bêtise est ridicule; mais c'est ce qu'on ajoute pour s'en moquer qui y donne du sel. Titius Maximus avait demandé à Carpathius, qui sortait du théâtre *s'il avait vu jouer la pièce? Non* répondit Carpathius *j'ai joué à la paume dans l'orchestre.* C'était faire ressortir tout ce qu'il y avait de niais dans la demande.

Quand on réfute par raillerie, on le fait en niant, ou en reprenant, ou en défendant, ou en rabaissant. En niant : Manius Curius employa assez plaisamment ce moyen. Son accusateur l'avait représenté, dans une suite de tableaux, comme un joueur ruiné, tantôt nu, tantôt dans les fers, tantôt racheté par ses amis : *De cette façon, dit-il, je n'ai donc jamais gagné?* En reprenant : tantôt c'est sans détour, comme a fait Cicéron à l'égard de Vibius Curius, qui se faisait beaucoup plus jeune qu'il n'était : *Ainsi donc, vous*

dentem, Bonam dextram, malam sinistram habere dicebat. Antonomasia Julius dixit, ferrum, Actium Navium incidisse.

Figuras quoque mentis, quæ σχήματα διανοίας dicuntur, res eadem recipit omnes, in quas nonnulli diviserunt species dictorum : nam et *interrogamus*, et *dubitamus*, et *affirmamus*, et *minamur*, et *optamus*; quædam ut *miserantes*, quædam ut *irascetes*, dicimus : ridiculum est autem omne, quod aperte fingitur. Stulta reprehendere facillimum est : nam per se sunt ridicula ; sed rem urbanam facit aliqua ex nobis adjectio : stulte interrogaverat exeuntem de theatro Carpathium Titium Maximus, *An spectasset?* fecit Carpathius dubitationem ejus stultiorem dicendo, *Non, sed in orchestra pila lusi.*

Refutatio quum sit in *negando*, *redarguendo*, *defendendo*, *elevando* : ridicule negavit Manius Curius; nam, quum ejus accusator, in sipario omnibus locis, aut nudum eum in nervo, aut ab amicis redemptum ex alea pinxisset, *Ergo ego*, inquit, *nunquam vici?* *Redarguimus* interim aperte, ut Cicero Vibium Curium, multum de annis ætatis suæ mentientem, *Tum ergo, quum una de-*

n'étiez pas né quand nous étions ensemble sur les bancs des écoles ! Tantôt c'est en feignant d'abonder dans le sens de la personne qu'on raille, comme a fait Cicéron envers Favia, épouse de Dolabella, qui disait n'avoir que trente ans : *C'est vrai; car il y a vingt ans que je vous l'entends dire.* Il est piquant parfois de substituer à un reproche qu'on nie avoir fait quelque chose de plus mordant encore. Domitia, épouse de Passienus, se plaignait de ce que Junius Bassus, pour lui reprocher son avarice, avait dit *qu'elle tirait parti de ses vieilles chaussures en les vendant.* — *Je n'ai pas dit cela,* s'écria-t-il, *j'ai dit que vous en achetez de vieilles.* En défendant : c'est à peu près ce que fit ce chevalier romain qu'Auguste gourmandait pour avoir dissipé son patrimoine : *J'ai cru,* dit-il, *qu'il était à moi.* En rabaissant : cela se fait ou pour affaiblir un service, ou pour confondre une vaine jactance. Pomponius montrait à C. César une blessure qu'il avait reçue au visage dans la sédition excitée par Sulpicius, et il s'en glorifiait comme d'un gage de dévouement qu'il lui avait donné : *Pourquoi,* lui dit César, *t'avisés-tu de regarder derrière toi quand tu fuis?* Quelquefois un bon mot réduit des détracteurs au silence. On blâmait Cicéron de ce qu'à soixante ans, il épousait une jeune fille, Publilia. *Demain,* dit-il, *elle sera femme.* Ce dernier genre de plaisanterie est appelé par quelques-uns *conséquent*, et a de l'analogie avec ce que Cicéron disait de Curion qui commençait tous ses discours en s'excusant sans cesse sur son grand âge : *Chaque jour son exorde deviendra plus facile.* En effet, ces saillies ont quelque chose de na-

clamabamus, non eras natus : interim et simulata assensione, ut idem Fabiæ Dolabellæ dicenti, triginta se annos habere, *Verum est,* inquit : *nam hoc jam viginti annis audio.* Belle interim subjicitur pro eo, quod neges, aliud mordacius : ut Junius Bassus, querente Domitia Passieni, quod incusans ejus sordes, *calceos eam veteres diceret vendere solere.* — *Non mehercule,* inquit, *hoc unquam dixi; sed dixi, emere te solere* : defensionem imitatus est eques romanus, qui objicienti Augusto, quod patrimonium comedisset, *Mexm,* inquit, *putavi.* Etevari ratio est duplex, ut aut veniam quis, aut jactantiam minuat : quemadmodum C. Cæsar Pomponio ostendenti vulnus ore exceptum in seditione Sulpiciana, quod ipse se passum pro Cæsare pugnantem gloriabatur, *Nunquam fugiens respexeris,* inquit : aut crimen objectum, ut Cicero objurgantibus, quod sexagenarius Publiliam virginem duxisset, *Cras mulier erit,* inquit. Hoc genus dicti *consequens* vocant quidam, atque illi simile, quo Cicero

turel et d'inhérent au sujet qui les fait naître. Mais il est encore une autre manière de railler, en *rabaisant*, c'est de jouer sur les *causes*. Vatinius était goutteux; voulant faire croire qu'il souffrait moins de la goutte, il se vantait de faire deux mille pas à la promenade : *C'est que les jours sont plus longs*, dit Cicéron. Des députés de Tarragone ayant annoncé à Auguste qu'un palmier avait crû sur l'autel qui lui était dédié : *C'est la preuve*, dit ce prince, *que vous y sacrifiez souvent*. Voici comme s'y prit Cassius Severus pour détourner une accusation. Le préteur lui faisait un crime de ce que ses avocats avaient outragé L. Varus, épicurien et ami de César : *Je ne sais*, dit-il, *quels sont ceux qui se sont permis ces outrages : mais je parierais que ce sont des stoïciens*.

Il y a aussi beaucoup de manières de repousser un trait contre son adversaire. La plus agréable est de le faire en se servant des mêmes termes. Suellius disait à Trachalus : *Si cela est, vous allez en exil*. — *Et si cela n'est pas*, répond Trachalus, *c'est vous qui y retournez*. Quelqu'un objectait à Cassius Severus, à titre de reproche, que Proculeius lui avait interdit sa maison. Il éluda en répondant : *Est-ce que j'y vais?* On rétorque une plaisanterie par une autre. Les Gaulois avaient fait présent à Auguste d'un collier d'or qui pesait cent livres. Dolabella ayant dit en riant à ce prince, et pour voir ce qui en adviendrait : *Mon général, ne m'accorderez-vous pas les honneurs du collier?* — *J'aimerais mieux*, dit-il, *t'ac-*

Curionem, semper ab excusatione ætatis incipientem, *facilius quotidie proæmum habere dixit* : quia ista natura sequi et cohærere videantur. Sed *elevandi* genus est etiam *causarum relatio*, qua Cicero est usus in Vatinium : qui, pedibus æger, quum vellet videri commodioris valetudinis factus, et diceret se jam bina millia passuum ambulare, *Dies enim*, inquit, *longiores sunt* : et Augustus nunciantibus Tarraconensibus, palmam in ara ejus enatam, *Apparet*, inquit, *quam sæpe accendatis*. *Transtulit* crimen Cassius Severus : nam, quum objurgaretur a prætore, quod advocati ejus L. Varo Epicureo, Cæsaris amico, convicium fecissent; *Nescio*, inquit, *qui conviciati sint* : *et puto stoïcos fuisse*.

Repercutiendi multa sunt genera : venustissimum, quod etiam similitudine aliqua verbi adjuvatur : ut Trachalus dicenti Suellio, *Si hoc ita est, is in exsilium*. — *Si non est ita, redis*, inquit. *Elusit* Cassius Severus objiciente quodam, quod ei domo sua Proculeius interdixisset, respondendo, *Numquid ergo illuc accedo?* Sic *eluditur* et ridiculum ridiculo; ut divus Augustus, quum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, et Dolabella per jocum, tentans tamen joci sui eventum, dixisset : *Imperator, torque me dona*. — *Malo*,

corder la couronne civique. On fait justice d'un conte par un autre conte. Quelqu'un disait devant Galba, *qu'il avait acheté en Sicile, pour la valeur de cinq sous, une lamproie longue de cinq pieds.* — *Cela ne m'étonne pas,* répondit-il; *elles naissent si longues dans ce pays, que les pêcheurs s'en servent en guise de cordages.*

Quelquefois, au lieu de nier, on feint d'avouer, et cela même a beaucoup de grâce. Afer plaidait contre un affranchi de Claude César. Un homme de cette condition s'étant écrié des bancs de sa partie adverse : *Quoi! vous plaidez toujours contre les affranchis de l'empereur!* — *Toujours,* dit-il, *et en vérité je n'en suis pas plus chanceux.* Une manière qui approche de celle-là, c'est de ne pas réfuter une injure quand elle est trop grossière, mais d'en tirer une réponse piquante. *Pourquoi aboies-tu?* disait Philippe à Catule. *Parce que je vois un voleur,* répliqua celui-ci.

Faire rire sur son propre compte n'appartient guère qu'à des bouffons, et ne saurait se supporter dans l'orateur. Cela peut avoir lieu d'autant de manières que sur le compte d'autrui; aussi, quoique ce défaut soit assez commun, je ne m'y arrêterai pas. Mais ce qui n'est pas moins indigne d'un homme qui se respecte, dût-on y trouver à rire, c'est de s'oublier au point de joindre l'outrage à l'emportement, comme a fait quelqu'un, à ma connaissance, vis-à-vis d'un homme qui lui était inférieur. Choqué de ce que cet homme s'exprimait trop librement contre lui : *Je te donnerai un*

inquit, te civica donare : mendacium quoque mendacio ; ut Galba, dicente quodam, victoriato se uno in Sicilia quinque pedes longam murenam emisse. — Nihil, inquit, mirum ; nam ibi tam longæ nascuntur, ut iis piscatores pro restibus utantur.

Contraria est neganti confessionis simulatio, sed ipsa quoque multum habet urbanitatis : sic Afer, quum ageret contra libertum Claudii Cæsaris, et ex diverso quidam conditionis ejusdem, cujus erat litigator, exclamasset, Præterea tu semper in libertos Cæsaris dicis? — Nec mehercule, inquit, quidquam proficio : cui vicinum est, non negare, quod objicitur, quum et id palam falsum est, et inde materia bene respondendi datur : ut Catulus dicenti Philippo, Quid latras? — Furem video, inquit.

In se dicere, non est fere nisi scurrarum, et in oratore utique minime probable : quod fieri totidem modis, quot in alios, potest ; ideoque hoc, quamvis frequens sit, transeo. Illud vero, etiamsi ridiculum est, indignum tamen homine tolerabili, quod aut turpiter, aut impotenter dicitur : quod fecisse quemdam scio, qui humiliori, libere adversus se loquenti, Colaphum, inquit,

soufflet, lui dit-il, *et te citerai en justice pour voir dire que tu as la tête dure.* On doute, en effet, si ce propos dut faire rire les auditeurs ou soulever leur indignation.

Reste un genre de railler qui consiste à donner le change, ou à sous-entendre autre chose que ce qu'on dit, et c'est ce qui réussit le mieux dans toutes les plaisanteries. On s'en sert pour l'attaque; tel est ce que dit quelque part Cicéron : *Que manque-t-il à cet homme, si ce n'est du bien et de la vertu?* Tel encore ce mot d'Afer : *Je n'ai connu personne de plus PROPRE au barreau.* On en fait usage aussi pour la réplique. On avait répandu faussement la nouvelle de la mort de Vatinius; Cicéron rencontre Ovinus, son affranchi. *Tout va-t-il bien? — Fort bien. — Il est donc mort?* reprit Cicéron.

Feindre et dissimuler sont encore matière à beaucoup de plaisanteries. Ces deux choses ont tant d'affinité qu'on pourrait les confondre. Distinguons donc : feindre, c'est exprimer une pensée qu'on n'a pas, et dissimuler c'est avoir l'air de ne pas comprendre la pensée d'autrui. Afer feignait, lorsqu'entendant invoquer sans cesse, dans un procès, le témoignage de Celsina, qui était une femme en crédit, il fit semblant de croire qu'il s'agissait d'un homme, et s'écria : *Quel est donc ce Celsina dont on parle tant?* Cicéron défendait un accusé qui avait été chargé par un témoin nommé Sext. Annalis, et l'accusateur insistait sur cette

tibi ducam, et formulam scribam, quod caput durum habeas : hic enim dubium est, utrum ridere audientes, an indignari debuerint.

Superest genus *decipiendi opinionem*, aut dicta aliter intelligendi, quæ sunt in omni hac materia vel venustissima : inopinatum et a lacescente poni solet, quale est, quod feret Cicero, *Quid huic abest, nisi res et virtus?* aut illud Afri, *Homo in agendis causis optime vestitus* : et in occurrendo, ut Cicero, audita falsa Vatini morte, quum Ovinium libertum ejus interrogasset, *Rectene omnia?* dicenti, *Recte; Mortuus est?* inquit.

Plurimus autem circa simulationem et dissimulationem risus est, quæ sunt vicina, et prope eadem; sed *simulatio* est, certam opinionem animi sui imitantis : *dissimulatio*, aliena se parum intelligere fingentis : simulavit Afer, quum, in causa subinde dicentibus, *Celsinam de re cognovisse*; quæ erat potens femina : *Quis est, inquit, iste?* Celsinam enim videri sibi virum finxit. Dissimulavit Cicero, quum Sext. Annalis testis reum læsisset, et instaret idem

déposition, en disant : *Eh bien, M. Tullius, que pouvez-vous dire de Sextus Annalis?* Cicéron eut l'air de croire qu'on lui parlait des *Annales* d'Ennius, et il récita le premier vers du sixième livre de ces *Annales*. Cicéron dissimulait. Au surplus, c'est l'ambiguïté des termes dont on se sert qui donne le plus souvent lieu à ces quiproquos. Un marchand consultait Cascellius, en lui disant : *Je veux partager mon vaisseau.* — *Vous le perdrez,* lui dit-il.

On dérouté son interlocuteur en atténuant les choses les plus graves, par la manière de les présenter. On demandait à quelqu'un ce qu'il pensait d'un adultère qui avait été pris sur le fait. *Je pense,* dit-il, *qu'il n'a pas été alerte.* Il en est de même quand on laisse deviner sa pensée. Tel est cet exemple rapporté par Cicéron. Un homme se lamentait de ce que sa femme s'était pendue à un figuier. *Donnez-m'en, je vous prie, une greffe,* dit quelqu'un, *que je m'en procure l'espèce.* Car cela s'entend de reste.

Enfin, tout le sel des plaisanteries consiste à s'exprimer d'une manière indirecte et détournée, ce qui ne se fait jamais qu'en se donnant volontairement le change, ou en le donnant aux autres, ou encore en supposant l'impossible. Juba donna le change à autrui quand il répondit à celui qui se plaignait de ce que son cheval l'avait éclaboussé en passant : *Eh ! mon ami, me prends-tu pour un hippocentaure?* C. Cassius se le donna à lui-même, lorsque,

tidem accusator ei, *Dic, M. Tulli, numquid potes de Sexto Annali?* versus enim dicere cœpit de libro Ennii annali sexto :

Quis potis ingentis causas evolvere belli.

Cui sine dubio frequentissimam dat occasionem ambiguitas : ut Cascellio, qui consultori dicenti, *Navem dividere volo.* — *Perdes,* inquit.

Sed averti intellectus et aliter solet, quum ab asperioribus ad leniora deflectitur : ut qui interrogatus, quid sentiret de eo, qui in adulterio deprehensus esset, *Tardum fuisse* respondit. Ei confine est, quod dicitur per suspicionem : quale illud apud Ciceronem, querenti quod uxor sua e fico se suspendisset, *Rogo, des mihi surculum ex illa arbore, ut inseram :* intelligitur enim, quod non dicitur.

Et hercle omnis salse dicendi ratio in eo est, ut aliter, quam est rectum verumque, dicatur ; quod fit totum fingendis aut nostris aut alienis persuasionibus, aut dicendo, quod fieri non potest. Aliena finxit Juba, qui querenti, quod ab equo suo esset adpersus, *Quid? Tu,* inquit, *me hippocentaurum putas?* sua C. Cassius, qui militi sine gladio decurrenti, *Heus, commilito, pugno*

voyant un soldat se rendre au combat sans épée, il lui cria : *Camarade, tu te serviras vaillamment de ton poing*. Galba fit de même à propos de poissons à moitié mangés, qu'on avait retournés et servis le lendemain dans un repas : *Mes amis, dépêchons-nous, car je soupçonne qu'il y a sous la table des gens qui dînent avec nous*. Cicéron savait bien qu'il disait une chose impossible, quand il disait de Curius, comme je l'ai rapporté, qu'il n'était pas né lorsqu'il déclamaient avec lui.

Il y a aussi une manière de feindre qui tient de l'ironie. Telle est celle dont usa C. César envers un témoin qui déposait que l'accusé avait cherché à le blesser dans une partie secrète. Au lieu de lui objecter, ce qui était facile, qu'il n'y avait pas de motif pour que l'accusé choisît de préférence cet endroit : *Où voulais-tu qu'il te blessât*, lui dit César ; *tu avais un casque et une cuirasse ?* Mais où la feinte a plus de grâce, c'est quand on l'oppose à une autre feinte. Domitius Afer avait depuis longtemps fait son testament. Un homme qui était récemment de ses amis, espérant gagner quelque chose à le lui faire changer, lui faisait un conte et le consultait pour savoir s'il devait conseiller à un ancien officier, âgé, et qui avait déjà testé, de revenir sur ses dernières dispositions : *N'en faites rien*, lui dit Afer ; *ce serait le désobliger*.

Mais de toutes les plaisanteries, les plus agréables sont celles qui n'annoncent ni fiel ni rancune, comme celle d'Afer à l'égard d'un plaideur ingrat qui évitait sa présence au barreau. Il lui fit

bene uteris, inquit : et Galba de piscibus, qui quum pridie ex parte adesi, et versati postera die appositi essent, *Festinemus, alii subcœnant*, inquit : tertium illud Ciceronis, ut dixi, adversus Curium ; fieri enim certe non poterat, ut, quum declamaret, natus non esset.

Est et illa ex ironia fictio, qua usus est C. Cæsar : nam, quum testis diceret, a reo femina sua ferro petita, et esset facilis responsio, cur illam potissimum partem corporis vulnerare voluisset : *Quid enim faceret*, inquit, *quum tu galeam et loriceam haberes ?* Vel optima est simulatio contra simulantem, qualis illa Domitii Afri fuit : vetus habebat testamentum, et unus ex amicis recentioribus, sperans aliquid ex mutatione tabularum, falsam fabulam intulerat, consulens eum, an primipilari seni jam testato rursus suaderet ordinare suprema judicia, *Noli*, inquit, *facere : offendis illum*.

Jucundissima sunt autem ex his omnibus lenia, et, ut sic dixerim, boni stomachi : ut Afer idem ingrato litigatori, conspectum ejus in foro vitanti,

dire par un de ses esclaves : *Rassurez-vous, je ne vous ai point vu.* Telle est encore celle qu'il fit à son intendant qui, après lui avoir rendu un compte infidèle, ajoutait effrontément qu'il mangeait à peine du pain et ne buvait que de l'eau : *Pauvre petit moi neau ! rends toujours ce que tu dois.* C'est ce qu'on appelle bien connaître son monde. Il est aussi de bon ton d'user de ménagement quand on raille. Un candidat, briguant le suffrage de ce même Afer, lui disait : *J'ai toujours été le serviteur de votre maison.* Au lieu de lui donner un démenti, comme il le pouvait : *Je le crois,* lui répondit Afer, *et cela est vrai.*

Il est des occasions où ce qu'on dit de soi-même prête à rire, comme il en est où ce qu'on aurait mauvaise grâce à dire d'un autre, s'il était absent, devient plaisant quand il est là. Un soldat faisait à Auguste je ne sais quelle demande qui n'était pas fondée; ce prince, qui voyait venir Marcian, et qui soupçonnait que sa requête serait aussi peu raisonnable, dit au soldat : *Camarade, je ne ferai pas plus ce que tu me demandes, que je ne ferai ce que va me demander Marcian.*

Des vers cités à propos sont aussi un bon genre de plaisanterie. Tantôt on les cite dans leur intégrité, chose si facile qu'Ovide avait composé un livre contre les mauvais poètes, avec tous quatrains tirés du poème de Macer; il faut convenir pourtant que lorsque l'application est assaisonnée d'un peu d'ambiguïté, cela est d'un

ver nomenclatorem missum ad eum, *Amas me,* inquit, *quod te non vidi?* Et dispensatori, qui, quum ad reliqua non responderet, dicebat subinde, *Non comedi panem, et aquam bibo : Passer, redde quod debes :* quæ ὑπὸ τὸ ἤθος vocant. Est gratus jocus, qui minus exprobrat, quam potest, ut idem dicenti candidato, *Semper domum tuam colui :* quum posset palam negare, *Credo,* inquit, *et verum est.*

Interim de se dicere ridiculum est; et, quod in alium, si absentem diceretur, urbanum non erat, quoniam ipsi palam exprobratur, movet risum : quale Augusti est, quum ab eo miles nescio quid improbe peteret, veniret contra Marcianus, quem suspicabatur et ipsum aliquid injuste rogaturum : *Non magis, inquit, faciam, commilito, quæ petis, quam quod Marcianus a me petiturus est.*

Adjuvant urbanitatem et versus commode positi, seu toti, ut sunt, quod adeo facile est, ut Ovidius ex tetrastichon Macri carmine librum in malos poetas composuerit, quod fit gratus, si qua etiam ambiguitate conditur; ut

effet plus agréable, comme lorsque Cicéron appliqua à Marcius, homme fin et rusé, qui lui était suspect dans une cause, ce vers d'un ancien tragique : *Nisi qua Ulixes rate evasit Laertius*; voulant dire que Marcius s'était tiré d'affaire comme Ulysse quand il échappa aux enchantements de Circé. Tantôt on altère à dessein ces citations; ainsi, au lieu de ce vers : *Cujus facilitas est quam vocant sapientiam*, « qui possède pour tout bien la sagesse, » Cicéron disait : *Cujus HÆREDITAS est quam vocant sapientiam*, « qui a HÉRITÉ de la sagesse, » en parlant d'un homme d'un esprit assez borné, qu'on consultait le premier et avec une sorte de déférence depuis qu'il avait recueilli une riche succession. On travestit aussi des vers connus, ce qui s'appelle *parodie*; ou bien ce sont des proverbes qui se présentent à propos, comme au sujet de ce méchant qui était tombé à l'eau et qui priait un passant de l'en tirer : *A d'autres; je te connais trop bien*

Il y a de l'érudition à emprunter un trait de plaisanterie à l'histoire. Cicéron interrogeait un témoin dans l'affaire de Verrès. Hortensius, qui ne le comprenait pas, lui dit : *Je n'entends rien à ces énigmes. — Vous devriez pourtant les entendre*, répond Cicéron : *car vous avez chez vous un sphinx*. Et, en effet, Verrès avait donné à Hortensius un sphinx d'airain de grand prix.

Certaines réponses naïves passeraient pour niaises, si l'on n'y mettait de la malice. Quelqu'un avait acheté un chandelier de table fort bas : on s'en étonnait. *Il me servira*, dit-il, *pour dîner*.

Cicero in Marcium, hominem callidum et versutum, quum is in quadam causa suspectus esset, *Nisi qua Ulixes rate evasit Laertius*: seu verbis ex parte mutatis; ut in eum, qui, quum antea stultissimus esset, post acceptam hæreditatem primus sententiam rogabatur, *Cujus hæreditas est, quam vocant sapientiam*, pro illo, *facilitas est*: seu ficti notis versibus similes quæ *πρωτοειξ* dicitur; et *proverbia* opportune aptata: ut homini nequam lapsò, et, ut allevaretur, roganti, *Tollat te, qui non novit*.

Ex historia etiam ducere urbanitatem, eruditum; ut Cicero fecit quum ei testem in judicio Verris roganti dixisset Hortensius, *Non intelligo hæc enigmata*. — *Atqui debes*, inquit, *quum sphingem domi habeas*. Acceperat autem ille a Verre sphingem æneam magnæ pecuniæ.

Subabsurda illa constant stultis simili imitatione, et quæ, nisi fingantur, stulta sunt: ut, qui mirantibus, quod humile candelabrum emisset, *Pranso-*

Une naïveté qui a l'air d'une balourdise devient d'autant plus piquante qu'elle paraît avoir été dite sans intention. On demandait à un esclave de Dolabella, si son maître avait fait afficher sa vente : *Il a vendu sa maison*, dit-il. Quelquefois, quand on se trouve désappointé, on se tire d'embarras par une boutade. Dans une affaire où un témoin déposait avoir été blessé par l'accusé, l'avocat lui demanda s'il portait une cicatrice. Le témoin en ayant montré une fort grande qu'il avait à la partie intérieure de la cuisse : *Mon client*, lui dit l'avocat, *aurait mieux fait de vous blesser au côté*. Une injure est souvent une raillerie de bon aloi. L'accusateur d'Hispon lui reprochait d'avoir été cité deux fois en justice : *Et deux fois tu as menti*, lui dit Hispon. Fulvius réclamait un legs. Un homme, connu pour un raussaire, lui demanda si le testament qu'il produisait était signé : *Oui*, répondit-il, *et la signature n'en est pas fausse*.

Voilà tout ce que j'ai appris ou pu découvrir de remarquable sur ce qui donne le plus souvent occasion d'exciter le rire. Mais je dois le répéter : il y a autant de façons de dire les choses en plaisantant, qu'il y en a de les dire sérieusement, et qu'elles sont fournies par la personne, le lieu, le temps, et enfin par le hasard qui lui-même est très-varié. J'ai traité assez superficiellement tous ces points, j'ai voulu seulement qu'on ne me reprochât pas de les avoir omis. Quant à l'usage même de la plaisanterie et à la manière de plaisanter, le peu que j'en ai dit était néanmoins nécessaire.

rium erit, inquit : sed illa similia absurdis sunt acria, quæ tamquam sine ratione dicta feruntur : ut servus Dolabellæ, quum interrogaretur, an dominus ejus auctionem proposuisset, *Domum*, inquit, *vendidit*. Deprehensi interim pudorem suum ridiculo aliquo explicant : ut, qui testem dicentem se a reo vulneratum, interrogaverat, *An cicatricem haberet?* quum ille ingentem in femine ostendisset, *Latus*, inquit, *oportuit*. Contumeliis quoque uti belle datur : ut Hispo objicienti bis acerba crimina accusatori, *Mentiris*, inquit : et Fulvius propinquus legato interroganti, an in tabulis, quas proferebat, chirographus esset, *Et verus*, inquit, *domine*.

Has aut accepi species, aut inveni frequentissimas, ex quibus ridicula ducerentur ; sed repetam necesse est, infinitas esse, tam salse dicendi, quam severe ; quas præstat *persona, locus, tempus, casus* demique, qui est maxime varius. Itaque hæc, ne omisisse viderer, attingi : illa autem, quæ de usu ipso et modo jocandi complexus sum, adeo infirma, sed plane necessaria.

A tout cela Domitius Marsus, qui a fait un traité fort exact sur l'*urbanité*, ajoute certaines choses qui n'ont assurément rien de risible, et qui ne dépareraient même pas le discours le plus sérieux, car elles ne se distinguent que par l'élégance et une sorte de beauté qui leur est particulière : ce qui est bien le caractère de l'*urbanité*, mais n'a rien de commun avec ce qui fait rire. C'est qu'en effet l'ouvrage de Domitius n'est pas un traité sur le rire, mais bien sur l'*urbanité*, c'est-à-dire sur cette qualité inhérente à notre ville, et qu'on a nommée ainsi du moment où Rome a été désignée sous le nom de la Ville par excellence, *Urbs*. Or, voici comme il la définit : L'*urbanité*, dit-il, est une certaine perfection de langage renfermée dans un tour bref et concis, également propre à plaire et à toucher, et qui sert merveilleusement pour l'attaque et pour la défense, suivant ce qu'exige chaque personne et chaque chose. Si vous ôtez de cette définition le précepte de la brièveté, l'*urbanité* se trouvera embrasser toutes les qualités du discours ; car si elle comprend les *personnes* et les *choses*, il est évident que c'est dans la convenance de ce que réclament les unes et les autres que réside la véritable éloquence. Mais je ne sais pourquoi il recommande la brièveté. Ce même auteur, après avoir, dans le même livre, appliqué l'*urbanité* à beaucoup de cas, s'appuie, dit-il, du sentiment de Caton, pour définir celle qui est particulière aux récits, dans les termes suivants : *Celui-là aura de l'urbanité, qui abondera en mots heureux, en réparties fines et*

His adjicit Domitius Marsus, qui de *urbanitate* diligentissime scripsit, quædam non ridicula, sed cuilibet severissimæ orationi convenientia, eleganter dicta, et proprio quodam lepore jucunda : quæ sunt quidem *urbana*, sed risum tamen non habent. Neque enim ei de *risu*, sed de *urbanitate* est opus institutum, quam propriam esse nostræ civitatis, et sero sic intelligi cæptam, postquam *Urbis* appellationem, etiamsi nomen proprium non adjiceretur, *Romam* tamen accipi sit receptum. Eamque sic finit : *Urbanitas est virtus quædam in breve dictum coacta, et apta ad delectandos movendosque homines in omnem affectum, maxime idonea ad resistendum, vel lacescendum, prout quæque res ac persona desiderat : cui si brevitatis exceptionem detraveris, omnes orationis virtutes complexa sit ; nam, si constat rebus et personis, quod in utrisque oporteat, dicere, perfectæ eloquentiæ est : cur autem brevem esse eam voluerit, nescio quidem. At quam, in eodem libro dicat fuisse et in multis, narrandi urbanitatem paulo post ita finit, Catonis, ut ait, opinionem secutus ; *Urbanus homo erit, cujus nulla bene dicta responsaque erunt : et, qui in er-**

agréables; qui, dans la conversation, dans les cercles, à table, dans les assemblées publiques, partout enfin, saura parler à propos et d'une manière plaisante. Tout ce que l'orateur dira dans ce genre est ce qui constitue proprement le rire. Si nous admettons ces définitions, tout ce qui sera bien dit et avec urbanité prendra le nom de *bon mot*. Au surplus, l'auteur finit par établir une division conforme à cette doctrine, lorsqu'il distingue trois classes de bons mots : les uns sérieux, les autres plaisants, les autres qui tiennent le milieu entre les deux; en effet, cette division convient en général à tout ce qui est bien dit. Je crois, pour moi, qu'il y a des mots plaisants qui ne paraissent pas susceptibles d'urbanité : car, à mon avis, ce caractère consiste à ne rien dire de choquant, de grossier, de fade, ni qui sente le terroir étranger; rien enfin qu'on puisse reprendre pour le sens ou pour l'expression, pour la prononciation ou pour le geste : d'où il suit que cette qualité ne réside pas tant dans quelques traits isolés, que dans la couleur générale d'un discours. Tel était chez les Grecs ce qu'on appelait l'*atticisme*, c'est-à-dire une certaine saveur locale propre à la ville d'Athènes.

Cependant, pour ne rien retrancher du jugement d'un aussi savant homme que Marsus, disons encore qu'il divise l'urbanité appliquée aux choses sérieuses, en trois genres, l'un *honorabile*, l'autre *injurieux*, et le troisième qu'il appelle *intermédiaire*, ou moyen. Comme exemple de ce premier genre, il cite ce que Cicéron dit à César dans l'oraison pour *Ligarius* : — Vous, César,

monibus, circulis, conviviis, item in concionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet. Risus erunt, quicumque hæc faciet orator. Quas si recipimus finitiones, quidquid bene dicetur, et urbane dicti nomen accipiet; ceterum illi, qui hoc proposuerat, consentanea fuit illa divisio, ut dictorum urbanorum alia seria, alia jocosa, alia media faceret : nam est eadem omnium bene dictorum; verum mihi etiam jocosa quædam videntur posse non satis urbane referri. Nam meo quidem judicio illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, neque verbis, neque ore gestive possit deprehendi : ut non tam sit in singulis dictis, quam in toto colore dicendi; qualis apud Græcos ἀττικισμὸς ille redolens Athenarum proprium saporem.

Ne tamen judicium Marsi, hominis eruditissimi, subtraham, seria partitur in tria genera, *honorificum, contumeliosum, medium* : et honorifici ponit exemplum Ciceronis quod est pro *Ligario* apud Cæsarem, *Qui nihil soles oblivisci, nis*

qui avez pour habitude de n'oublier rien, si ce n'est les injures. Comme exemple du second, il rapporte ce que Cicéron écrivit à Atticus, au sujet de Pompée et de César : *J'ai bien qui fuir, mais je n'ai pas qui suivre*. Et enfin, il trouve un exemple du genre moyen, qu'il appelle encore *apophthegmatique*, dans ces autres paroles de Cicéron : *Que la mort n'est jamais insupportable pour un homme de courage, prématurée pour un personnage consulaire, ni malheureuse pour un sage*. Sans doute, tout cela est bien dit ; mais je n'y vois pas ce qui constitue l'*urbanité* proprement dite. Que si l'on ne veut pas la voir avec moi dans la couleur générale du discours, mais dans des traits isolés et détachés, j'avoue que j'attribuerais plutôt le caractère d'*urbanité* à certains mots qui, sans exciter le rire, ont cependant un côté plaisant ; tels sont les suivants : on disait de Poltion Asinius qui menait de front les affaires et les plaisirs, que c'était l'*homme de tous les instants* ; et d'un avocat qui improvisait avec une extrême facilité, que *son esprit était en argent comptant*. Tel est aussi ce mot de Pompée, rapporté par Marsus. Cicéron se défiait de son parti : *Passez dans celui de César*, lui dit Pompée, *et vous me craindrez* ; car ce mot eût fait rire s'il eût été dit à propos d'une circonstance moins grave ou dans un autre esprit, ou enfin par un autre que par Pompée. Tel est encore ce que Cicéron écrit à Cerellia, pour l'engager à supporter patiemment la domination de César : Il faut,

injurias : et contumeliosi, quod Attico scripsit de Pompeio et Cæsare, Habeo, quem fugiam ; quem sequar, non habeo : et medii, quod ἀποφθεγματικὸν vocat, et est, quum ita dixit, Neque gravem mortem accidere viro forti posse, neque immaturam consulari, neque miseram sapienti : quæ omnia sunt optime dicta ; sed, cur proprie nomen urbanitatis accipiant, non video : quod si non totus ut mihi videtur, orationis color meretur, sed etiam singulis dictis tribuendum est, illa potius urbana esse dixerim, quæ sunt generis ejusdem quo ridicula dicuntur, et tamen ridicula non sunt : ut de Pollione Asinio, seriis jocisque pariter accommodato, dictum est, Esse eum omnium horarum : et de actore facile dicente ex tempore, Ingenium eum in numerato habere : etiam Pompeii, quod refert Marsus, in Ciceronem, diffidentem partitus. Transi ad Cæsarem, me timebis : erat enim, si de re minore, aut alio animo, aut denique non ab ipso dictum fuisset, quod posset inter ridicula numerari. Etiam illud, quod Cicero Cerelliaë scripsit, reddens rationem, cur illa C. Cæsaris

dans de pareilles conjectures, l'âme de Caton, ou l'estomac de Cicéron, car ce mot d'estomac a là quelque chose de plaisant.

Je n'ai pu dissimuler en quoi je diffère avec Marsus : si on n'approuve pas ces réflexions, au moins je n'aurai pas trompé mes lecteurs, puisque je les ai mis à même de suivre l'opinion qui leur paraîtra la meilleure.

CHAPITRE IV

Dé l'altercation.

Je devrais, ce me semble, ne commencer à donner des préceptes sur l'altercation qu'après avoir terminé tout ce qui a rapport au discours continu, puisqu'on ne fait usage de l'altercation qu'en dernier. Cependant, comme elle gît uniquement dans l'invention, et qu'on ne peut pas lui appliquer la disposition ; comme elle peut, à la rigueur, se passer des ornements de l'élocution, et ne se met guère en peine de la mémoire et de la prononciation : par tous ces motifs, il ne sera pas déplacé, je crois, avant de passer à la seconde des cinq parties que je viens de nommer, de traiter ici de l'altercation qui naturellement dépend de la première. Les écrivains qui m'ont précédé ont négligé d'en parler, probablement parce qu'ils pensaient y avoir suffisamment pourvu par leurs au-

tempora tam patienter toleraret, Hæc aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho : Stomachus enim ille habet aliquid joco simile.

Hæc, quæ movebant, dissimulanda mihi non fuerunt : in quibus ut erraverim, legentes tamen non decepi, indicata et diversa opinione, quam sequi magis probantibus liberum est.

CAPUT IV

De altercatione.

Altercationis præcepta poterant videri tunc inchoanda, quum omnia, quæ ad continuam orationem pertinent, peregissem : nam est usus ejus ordine ultimus ; sed, quum sit posita in sola inventione, neque habere dispositionem possit, nec elocutionis ornamenta magnopere desideret, aut circa memoriam et prononciationem laboret, prius quam secundam quinque partium, hanc, quæ tota ex prima pendet, tractaturus non alieno loco videor : quam scriptores alii fortasse ideo reliquerunt, quia satis ceteris præceptis in hanc quoque

tres préceptes. En effet, en quoi consiste l'altercation? Dans l'attaque ou dans la défense. Or, cela a été traité assez au long, puisque tout ce qui est utile à l'égard de la preuve, dans un plaidoyer, l'est également dans l'altercation qui ne se distingue que par la vivacité et la concision; puisqu'on y dit les mêmes choses, si ce n'est qu'on emploie les formes du dialogue, et je pense avoir assez approfondi cette matière au chapitre où je parle des témoins. Toutefois, puisqu'il est entré dans mon plan de donner beaucoup de développement à cet ouvrage, et qu'un orateur ne saurait être parfait, s'il ne possède aussi le mérite de l'altercation, apportons une attention particulière à ce genre d'escrime qui contribue tant, dans certaines causes, à assurer la victoire. En effet, c'est bien dans le discours continu qu'on traite les questions générales sur la moralité ou la criminalité d'un fait; c'est bien là seulement qu'on peut étendre les questions de définition, de compétence, et presque tout ce qui se rapporte à un fait sur lequel on est d'accord, ou à des conjectures fondées sur des preuves artificielles. Mais c'est dans ces causes, qui sont si fréquentes, et qui ne reposent que sur des preuves indépendantes de l'art ou mêlées à des preuves artificielles, que l'altercation a lieu, que le combat devient vif et sérieux, et qu'il faut, plus que partout ailleurs, mettre, comme on dit, l'épée au poing: car c'est alors qu'il faut inculquer dans la mémoire du juge les arguments les plus essentiels au triomphe de la cause, tenir toutes les promesses qu'on a faites

videbatur esse prospectum. Constat enim aut intentione, aut depulsione: de quibus satis traditum est; quia, quidquid in actione perpetua circa probationes utile est, idem in hac brevi atque concisa prosit, necesse est; neque alia dicuntur in altercatione, sed aliter, aut interrogando, aut respondendo: cujus rei fere omnis observatio in illo testium loco excussa nobis est. Tamen, quia latius hoc opus aggressi sumus, neque perfectus orator sine hac virtute dici potest, paululum impendamus huic quoque peculiaris operæ, quæ quidem in quibusdam causis ad victoriam vel plurimum valet. Nam, ut in *qualitate* generali, in qua, *Rectene factum quid, an contra sit*, quæritur, perpetua dominatur oratio; et quæstionem *fnitionis, actionis*, plerumque satis explicat, et omnia pæne, in quibus de facto constat, aut *conjectura* artificiali ratione colligitur: ita in iis causis, quæ sunt frequentissimæ, quæ vel solis extra artem probationibus, vel mixtis continentur, asperissima in hac parte dimicatio est, nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. Nam et firmissima quæque memoriæ judicis inculcanda sunt, et præstandum, quidquid in actione promisimus,

dans le cours du plaidoyer et réfuter tous les mensonges. C'est le moment où le juge, déjà instruit, redouble d'attention. Aussi est-ce à bon droit que quelques hommes, d'une éloquence d'ailleurs médiocre, se sont acquis une réputation comme avocats, par cette seule supériorité dans la controverse. On en voit cependant qui, satisfaits d'avoir accordé à leurs clients le secours de leurs déclamations ambitieuses, quittent l'audience, escortés d'une troupe de flatteurs, et abandonnent le soin de l'altercation, qui doit tant influencer sur le prononcé du jugement, à des ignorants, ou, à des praticiens subalternes. Aussi, dans la plupart des affaires privées, désigne-t-on tel avocat pour plaider et tel autre pour confirmer les preuves. Que si ces deux offices peuvent être divisés, le dernier, à coup sûr, est le plus nécessaire, et je rougis de le dire, dans ce cas les moins estimés sont les plus utiles. Cet abus ne s'est pas encore introduit dans les jugements publics où l'huisier appelle nominativement, pour la confirmation des preuves, celui d'entre les avocats qui a plaidé la cause.

L'altercation exige beaucoup de présence d'esprit et un jugement sûr et prompt, car on n'a pas le temps de la réflexion, il faut parler sur-le-champ et avoir, pour ainsi dire, la main toujours prête à parer les coups de son adversaire. Il entre dans les devoirs d'un avocat d'étudier avec soin et de posséder à fond toutes ses causes; mais c'est surtout dans l'altercation qu'il lui est indispensable d'avoir une connaissance parfaite des personnes, des temps,

et *refellenda mendacia* : nusquam est denique, qui cognoscit, intentior : nec immerito quidam, quanquam in dicendo mediocres, hac tamen altercandi præstantia meruerunt nomen patronorum. At quidam litigatoribus suis illum modo ambitiosum declamandi sudorem præstitisse contenti, cum turba laudantium destituunt subsellia, pugnamque illam decretoriam imperitis ac sæpe pullatæ turbæ relinquunt. Itaque videas alios plerumque judiciis privatis *ad actiones* vocari, alios *ad probationem* : quæ si dividenda sunt officia, hoc certe magis necessarium est pudendumque dictu, si plus litigantibus prosunt minores : in publicis certe judiciis vox illa præconis, præter patronos, ipsum, qui egerit, citat.

Opus est igitur in primis ingenio veloci ac mobili, animo præsentis et acris : non enim cogitandum, sed dicendum statim est, et prope sub conatu adversarii manus exigenda : quare quum in omni parte hujusce officii plurimum facit, totas non diligenter modo, sed etiam familiariter nosse causas ; tum *in altercatione* maxime necessarium est, omnium *personarum, instrumentorum,*

des lieux et de tout ce qui figure comme pièce au procès, sous peine d'être souvent réduit à se taire, ou de devenir l'écho de conseillers maladroits, en cédant à une vaine démangeaison de parler; d'où il arrive que la sottise d'autrui nous fait rougir de notre propre crédulité. Mais on a encore un autre écueil à éviter que ces donneurs d'avis : certains avocats se plaisent à échauffer la dispute et vous les voyez la plupart s'emporter et se récrier pour faire croire au juge que nous voulons lui donner le change, et qu'il y a dans la cause un vice secret que nous cherchons à dissimuler. Il faut donc beaucoup de sang-froid, si l'on veut bien se tirer de l'altercation. Rien ne nuit plus à notre jugement que la colère : elle nous jette hors de la cause, nous fait dire des injures ou nous en attire de méritées, et indispose les juges contre nous. Je préfère de beaucoup la modération et quelquefois même la patience; car tout ne mérite pas d'être réfuté dans ce qu'on nous oppose : il est des allégations qu'il faut mépriser, d'autres qu'il faut réduire à leur juste valeur, d'autres dont il faut rire. C'est là surtout que la plaisanterie est de saison.

Voilà ce qu'il convient de faire tant que l'ordre n'est point troublé, tant que les bienséances sont observées. Mais si l'on a affaire à des hommes turbulents, c'est le cas de se montrer avec hardiesse et de déconcerter leur effronterie par une courageuse résistance. Certaines gens, avec un front d'airain, se font un jeu de vous étourdir par leurs cris, de vous interrompre à tout moment,

temporum, locorum habere notitiam : alioqui et tacendum erit sæpe, et aliis subjicientibus, plerumque studio loquendi fatue modo accedendum : quo nonnunquam accidit, ut in nostra credulitate aliena stultitia erubescamus. Neque tamen hoc ipsis monitoribus clarescit : quidam faciunt aperte, quod rixemur ; videas enim plerosque ira percitos exclamantes, ut judex audiat, contrarium id esse, quod admoneatur, sciatque ille, qui pronunciaturus est in causa, malum, quod taceatur. Quare bonus altercator vitio iracundiæ careat ; nullus enim rationi magis obstat affectus, et fert extra causam, et plerumque deformia convicia facere ac mereri cogit, et ipsos nonnunquam judices incitat : melior moderatio, ac nonnunquam etiam patientia ; neque enim refutanda tantum, quæ e contrario dicuntur, sed contemnenda, elevanda, ridenda sunt ; nec usquam plus loci reperit urbanitas.

Hoc, dum ordo est et pudor : contra turbantes audendum, et impudentiæ fortiter resistendum. Sunt enim quidam præduri in hoc oris, ut obstrepant ingenti clamore, et medios sermones intercipient, et omnia tumultu confun-

de semer le trouble et la confusion. Autant on doit se garder de les imiter, autant on doit mettre de vigueur à les repousser et à réprimer leur malicieuse audace. On interpellera au besoin les juges ou les magistrats qui président, de veiller à ce que chacun parle à son tour. Il ne faut ni se laisser abattre ni se laisser molester, et l'on se trompe si l'on prend pour de la bonté ce qui, au fond, n'est que faiblesse.

La vivacité d'esprit est d'une grande ressource dans la controverse, mais c'est un don naturel qui ne s'enseigne point et peut seulement être aidé par l'art; or, l'art nous prescrit surtout d'avoir sans cesse devant les yeux l'objet principal du procès et le but où nous tendons. Une fois bien fixé sur ce qu'on se propose, on ne s'égarera pas en vaines querelles et on ne perdra pas en injures des moments qu'il faut ménager pour la cause. Plus l'adversaire s'écartera de cette conduite, plus on aura lieu de s'en applaudir. On n'est jamais pris au dépourvu quand on a médité avec soin sur toutes les objections probables de sa partie adverse et les réponses qu'on peut y faire.

Quelquefois aussi c'est un genre de tactique avoué par l'art, de produire tout à coup, au milieu des débats, certaines preuves qu'on a négligées à dessein dans le cours du plaidoyer; il en est comme de ces attaques imprévues ou masquées que l'on fait à la guerre : mais cela n'est bon qu'autant que ces preuves sont telles

dant : quos ut non imitari, sic acriter propulsare oportebit : et ipsorum improbitas retundenda, et iudices vel præsidentes magistratus appellandi frequenter, ut loquendi vices serventur : non est res animi jacentis, et mollis supra modum frontis, fallitque plerumque, quod *probitas* vocatur, quæ est imbecillitas.

Valet autem in altercatione plurimum *acumen*, quod sine dubio ex arte non venit, natura enim non docetur, arte tamen adjuvatur. In qua præcipuum est, semper id in oculis habere, de quo quæritur, et quod volumus efficere; quia propositum tenentes in rixam non ibimus, nec causæ debita tempora conviciando conteremus; gaudebimusque, si hoc adversarius facit. Omnia tempora fere parata sunt meditatis diligenter, quæ aut ex adverso dici, aut responderi a nobis possint.

Nonnunquam tamen solet hoc quoque esse artis genus, ut quædam in actione dissimulata, subito in altercando proferantur, et inopinatis eruptionibus, et ex insidiis citissimo facto simillimum : id autem tum facien-

que l'adversaire ne peut y répondre sur-le-champ, faute de loisir pour se préparer : car, à l'égard de ces preuves dont la solidité ne peut être ébranlée, le mieux est de s'en emparer dès le commencement, pour y revenir souvent et longuement.

Je me fais presque un scrupule de recommander de n'être, dans la controversé, ni brouillon, ni criard, comme le sont presque tous les gens sans instruction : défaut fort incommode sans doute à l'adversaire, mais qui déplaît encore plus au juge. C'est aussi se nuire que de trop s'obstiner sur un point qu'on ne peut obtenir : quand on doit succomber, quoi qu'on fasse, autant vaut céder de bonne grâce. En effet, ou il y a plusieurs points contestés, et, en faisant le sacrifice d'un, nous nous ferons plus facilement croire sur les autres ; ou il n'y en a qu'un, et notre bonne foi disposera le juge à nous traiter avec plus d'indulgence. Mais vouloir justifier opiniâtrément une faute reconnue telle, c'est y ajouter une seconde faute.

Dans le fort du combat, il est prudent et adroit de laisser son adversaire s'engager dans une fausse route et de l'y attirer le plus loin possible, afin de lui inspirer une trompeuse confiance. Pour cela, nous lui dissimulons certaines pièces sur lesquelles il insiste avec chaleur, persuadé que nous ne les avons pas, et souvent il compromet sa cause ; car quelle autorité ces mêmes pièces ne donnent-elles pas à nos preuves, quand nous venons à les produire ? Il y a encore du tact à lui abandonner, comme un appât,

quum est aliquid, cui responderi non statim possit ; potuerat autem, si tempus ad disponendum fuisset ; nam, quod fideliter firmum est, a primis statim actionibus arripere optimum est quo sæpius diutiusque dicatur.

Illud vix saltem præcipiendum videtur, ne turbidus et clamorosus tantum sit alterator, et quales fere sunt, qui litteras nesciunt : nam improbitas, licet adversario molesta sit, judici invisæ est. Nocet etiam diu pugnare in iis, quæ obtinere non possis : nam, ubi vinci necesse est, expedit cedere ; quia sive plura sunt, de quibus quæritur, facilius erit in ceteris fides, sive unum, mitior solet pœna irrogari verecundiæ : nam culpam præsertim deprehensam, pertinaciter tueri, culpa altera est.

Dum stat acies, multi in re consilii atque artis est, ut errantem adversarium trahas, et ire quam longissime cogas, ut vana interim spe exsultet : ideo quædam bene dissimulantur instrumenta : instant enim, et sæpe discrimen omne committunt, quod deesse nobis putant, et faciunt probationibus nostris auctoritatem postulando. Expedit etiam dare aliquid adversario, quod

certains points auxquels il paraît tenir, pour lui en faire négliger de plus importants. Quelquefois nous lui proposerons deux parties entre lesquelles il ne pourra faire qu'un mauvais choix, et ce moyen sera plus puissant dans l'altercation que dans le plaidoyer, parce que dans celui-ci nous nous répondons à nous-mêmes, tandis que dans l'altercation nous tenons notre adversaire par son propre aveu.

On ne saurait mettre trop de pénétration à étudier quelles sont les raisons qui font impression sur le juge, et quelles sont celles qu'il dédaigne, ce qui se lit souvent sur son visage ou se remarque à un mot, à un geste qui lui sera échappé. Appuyez donc sur les arguments que vous savez être de son goût, et faites doucement retraite sur les autres. C'est ainsi qu'agissent les médecins qui persévèrent dans les remèdes ou les abandonnent, suivant que leurs malades leur paraissent disposés à les continuer ou à s'en lasser. Ne pouvez-vous vous tirer avec succès d'un moyen qu'on vous oppose ce qui arrive quelquefois? choisissez un autre terrain et faites en sorte d'y attirer votre juge. Quoi de mieux, en effet, quand on est dans l'impuissance de répondre, que d'imaginer à son tour une question qui mette l'adversaire dans le même embarras? Au surplus, comme je l'ai déjà fait observer, la plupart des préceptes que j'ai donnés sur les témoins trouvent ici leur application; toute la différence est dans la qualité des personnes; car, d'un côté, le combat a lieu entre avocats, et, de l'autre, c'est entre le témoin et

pro se putet, quod apprehendens, majus aliquid cogatur dimittere: duas interim res proponere, quarum utramlibet male sit electurus; quod in altercatione fit potentius, quam in actione: quia in illa nobis ipsi respondemus, in hac adversarium, quasi confessum, tenemus.

Est in primis acuti, videre, quo judex dicto moveatur, quid respuat, quod et vultu sæpissime, et aliquando etiam dicto aliquo factove ejus deprehenditur; et instare proficientibus, et ab iis, quæ non adjuvant, quam mollissime pedem oportet referre: faciunt hoc medici quoque, ut remedia perinde perseverent adhibere, vel desinant, ut illa recipi vel respui vident. Nonnunquam si rem evolvere propositam facile non sit, inferenda est alia quæstio; atque in eam, si fieri potest, judex avocandus: quid enim, quum respondere non possis, agendum est, nisi ut aliud invenias, cui adversarius respondere non possit? In plerisque idem est, ut dixi, qui circa testes, locus, et personis modo distat, quod hic patronorum inter se certamen, illic pugna inter testem

l'avocat. Il en coûte bien moins aussi de s'exercer dans l'art de la dispute, puisqu'on peut, et cela même est très-utile, échanger souvent, avec un compagnon de ses études, des sujets de controverse vrais ou feints, et soutenir alternativement le pour ou le contre, sans qu'il soit besoin de sortir des questions les plus simples.

Je ne veux pas même que l'avocat ignore l'ordre dans lequel chaque preuve doit être produite devant le juge. C'est la même règle que pour les arguments dont nous avons dit que les plus forts sont ceux qu'il faut faire valoir les premiers et réserver encore pour les derniers: les uns parce qu'ils disposent le juge à croire, et les autres parce qu'ils le déterminent à prononcer.

CHAPITRE V

Du jugement et de la prévoyance.

Après les sujets que je viens de traiter du mieux que je l'ai pu, je n'aurais point hésité à passer immédiatement à la *disposition*, qui suit dans l'ordre naturel des choses; mais, comme il y a des écrivains qui rattachent le *jugement* à l'*invention*, j'aurais craint de paraître avoir négligé d'en parler, moi qui, au contraire, reconnais que le jugement est tellement lié, tellement inhérent à toutes les

et patronum : exercitatio vero hujus rei longe facilior; nam est utilissimum, frequenter cum aliquo, qui sit studiorum eorundem, sumere materiam vel veræ, vel etiam fictæ, controversiæ, et diversas partes, altercationis modo, tueri : quod idem etiam in simplici genere quæstionum fieri potest.

Ne illud quidem ignorare advocatum volo, quo quæque ordine probatio sit apud judicem proferenda; cujus rei eadem in argumentis ratio est, ut potentissima prima et summa ponantur : illa enim ad credendum præparant judicem, hæc ad pronunciandum.

CAPUT V

De judicio et consilio.

His pro nostra facultate tractatis, non dubitassem transire protinus ad *dispositionem*, quæ ordine ipso sequitur; nisi vererer, ne, quoniam fuerunt, qui *judicium inventioni* subjungerent, præterisse hunc locum quibusdam viderer, qui mea quidem opinione adeo partibus operis hujus omnibus connexus ac

parties de l'invention, que je le soutiens inséparable de chaque pensée et, pour ainsi dire, de chaque mot. Je l'avoue cependant : cette qualité ne me paraît pas plus susceptible d'être transmise par l'art que le goût et l'odorat. M'évertuerai-je donc à enseigner ce qu'il convient de faire et d'éviter en toute chose pour servir de règle au jugement? et recommanderai-je, en conséquence, de ne rien entreprendre d'inexécutable, de fuir ce qui nous est nuisible, ou commun avec notre adversaire, de se garder d'un langage vicieux ou obscur? mais tout cela rentre dans le domaine du bon sens, lequel ne s'enseigne point.

Je crois que la prévoyance ne diffère pas beaucoup du jugement; seulement celui-ci s'applique à des objets qui se manifestent d'eux-mêmes, tandis que celle-là s'exerce sur des choses cachées, problématiques ou qui n'existent pas tout à fait encore; en outre le jugement a presque toujours des données certaines, tandis que la prévoyance tire de loin ses considérations, les pèse, les compare, invente et juge tout à la fois. Au reste, ces préceptes ne sont pas absolus, car on prend conseil des circonstances, et ces circonstances se présentent souvent avant qu'on plaide. C'est ainsi que Cicéron aima mieux abrégé les délais dans l'affaire *contre Verrès*, que de la voir différer jusqu'à l'année suivante où Q. Hortensius devait être nommé consul. Mais c'est surtout dans le cours du plaidoyer que la prévoyance est indispensable : elle doit en

mixtus est, ut ne a sententiis quidem aut verbis saltem singulis possit separari; nec magis arte traditur, quam gustus aut odor. Ideoque nos, quid in quaque re sequendum cavendumque sit, docemus ac deinceps docebimus, ut ea iudicium dirigatur: præcipiam igitur, ne, quod effici non potest, aggrediamur, ut contraria vitemus et communia, ne quid in eloquendo corruptum obscurumque sit; referatur oportet ad sensus, qui non docentur.

Nec multum a *iudicio* credo distare *consilium*, nisi quod illud ostendentibus se rebus adhibetur, hoc latentibus, et aut omnino nondum repertis, aut dubiis: et *iudicium* frequentissime certum est; *consilium* vero est ratio quædam alte petita, et plerumque plura perpendens et comparans, habensque in se et inventionem, et iudicationem. Sed ne hæc quidem præcepta in universum spectanda sunt; nam ex re sumitur, cui locus *ante actionem* est frequenter; nam Cicero summo consilio videtur in Verrem vel contrahere tempora dicendi maluisse, quam in eum annum, quo erat Q. Hortensius consul uturus, incidere. Et *in ipsis actionibus* primum ac potentissimum obtinet

effet nous indiquer ce qu'il est à propos de dire, de taire ou d'ajourner, ce qu'il est de notre intérêt de nier ou de soutenir ; en quel cas il faut faire usage de l'exorde, et de quelle nature il doit être ; s'il y a lieu de narrer et comment ; si nous devons invoquer le droit ou l'équité ; quel est l'ordre le plus convenable à adopter pour la division de nos moyens ; quelles couleurs il nous sied d'employer ; s'il nous est avantageux de parler avec aigreur ou sans emportement et même avec humilité. Mais j'ai traité de toutes ces choses en leur lieu, et j'aurai occasion d'y revenir dans la suite. Plaçons ici quelques exemples qui suppléeront à l'insuffisance des préceptes.

On loue beaucoup la prévoyance de Démosthène, qui voulant engager les Athéniens à faire la guerre, ce qui leur avait assez mal réussi jusque-là, s'attache à leur démontrer que rien n'avait encore été conduit suivant les règles de la prudence : détour fort adroit, car il y a du remède à la négligence, au lieu que s'il n'eût pas été commis de faute, il n'y avait pas de raison pour qu'on augurât mieux de l'avenir. Le même orateur, craignant de blesser ses concitoyens, s'il leur reprochait trop crûment leur insouciance pour la défense de la liberté, se rabattit sur l'éloge de leurs ancêtres qui l'avaient maintenue par leur énergie, et se fit écouter avec faveur ; d'où il devait naturellement résulter que les Athéniens qui approuvaient cette conduite louable se repentissent de la leur.

locum ; nam, quid dicendum, quid tacendum, quid differendum sit, exigere consilii est ; negare sit satius, an defendere ? ubi præmio utendum, et quali ? narrandumne, et quomodo ? jure prius pugnandum, an æquo ? qui sit ordo utilissimus ? tum omnes colores ; aspere an leniter, an etiam summisse loqui expediat ? Sed hæc quoque, ut quisque passus est locus, monimus : idemque in reliqua parte faciemus ; pauca tamen exempli gratia ponam ; quibus manifestus appareat, quid sit, quod demonstrari posse præceptis non arbitror.

Laudatur consilium Demosthenis, quod, quum suaderet bellum Atheniensibus parum id prospere expertis, nihil adhuc factum esse ratione monstrat ; poterat enim emendari negligentia : at, si nihil esse erratum, melioris in posterum spei non erat ratio. Idem, quum offensam vereretur, si objurgaret populi segnitiam in asserenda libertate reipublicæ, majorum laude uti maluit, qui eam fortissime administrassent : nam et faciles habuit aures, et natura sequeretur, ut meliora probantes pejorum pœniteret.

Le seul discours de Cicéron *pour Cluentius* suffirait à beaucoup d'exemples : et entre ces exemples de prévoyance lequel admirer le plus ? Sera-ce la première exposition où il ôte toute créance à la mère de Cluentius dont le témoignage était d'un poids si accablant contre son fils ? Sera-ce lorsqu'il rejette sur sa partie adverse l'accusation d'avoir corrompu les juges, plutôt que de nier le fait, à cause, comme il le dit lui-même, de l'infamie attachée à ce jugement ? ou bien d'avoir, en dernier lieu, invoqué le secours de la loi dans une affaire aussi odieuse, genre de défense qui ne pouvait que révolter les juges, s'il ne les y eût préparés ? ou bien enfin, lorsqu'il déclare que c'est contre le gré même de Cluentius qu'il fait usage de ce moyen ?

Que dire de son plaidoyer *pour Milon* ? Comme il s'attache, avant de commencer la narration, à détruire toutes les préventions qui s'élevaient contre l'accusé ! comme il fait retomber sur Clodius tout l'odieux d'un guet-apens, quoique dans le vrai le combat n'eût été l'effet que d'une rencontre imprévue ! comme, en applaudissant au meurtre de ce même Clodius, il a soin d'éloigner toute préméditation de la part de Milon ! comme il évite de donner à son client le ton de la supplication, en prenant sur son compte les prières qu'il adresse aux juges ! Ces exemples sont infinis. Voyez encore dans le même orateur quand il renverse l'autorité du témoignage de Cotta, quand il se met à la place de Ligarius, et sauve Cornélius par la franchise de ses aveux.

Ciceronis quidem vel una pro Cluentio quamlibet multis exemplis suffecerit oratio : nam, quod in eo consilium maxime mirer ? primamne expositionem, qua matri, cujus filium prenebat auctoritas, abstulit fidem ? an, quod idem corrupti judicii crimen transferre in adversarium maluit, quam negare, propter *inveteratam*, ut ipse dicit, *infamiam* ? an, quod in re invidiosa legis auxilio novissime est usus ? quo genere defensionis etiam offendisset nondum præmollitas judicium mentes : an, quod se ipsum invito Cluentio facere testatus est ?

Quid pro Milone ? quod non ante narravit, quam præjudiciis omnibus reum liberaret ? quod insidiarum invidiam in Clodium vertit ? quamquam reversa fuerat pugna fortuita, quod factum et laudavit, et tamen voluntatem Milonis removit ? quod illi preces non dedit et in earum locum ipse successit ? Infinitum est enumerare, ut Cottæ detraxerit auctoritatem ; ut pro Ligario se opposuerit ; Cornélium ipsa confessionis fiducia eripuerit.

Mais qu'il nous suffise de le dire : la prévoyance est ce qu'il y a de plus important, non-seulement dans l'art oratoire, mais dans toute la conduite de la vie; sans elle tous les préceptes n'aboutissent à rien, et enfin le jugement fait plus sans la science, que celle-ci sans le jugement. Une de ses principales qualités est aussi d'approprier le langage de l'orateur aux lieux, aux temps, aux personnes. Mais, comme cette matière est assez étendue et qu'elle se lie à l'élocution, nous la traiterons quand nous en serons aux préceptes qui enseignent à parler convenablement de chaque chose.

Illud dicere satis habeo, nihil esse non modo in orando, sed in omni vita, prius consilio; frustra sine eo tradi ceteras artes; plusque vel sine doctrina prudentiam, quam sine prudentia facere doctrinam: aptare etiam orationem locis, temporibus, personis, est ejusdem virtutis: sed hic quia latius fusus est locus, mixtusque cum elocutione, tractabitur, quum præcipere de apte dicendo cœperimus.

LIVRE SEPTIÈME

EXORDE

De l'utilité de la disposition.

Nous en avons dit assez, je crois, sur l'invention : car, non content d'avoir développé tout ce qui est nécessaire pour *instruire* le juge, nous avons traité aussi des diverses passions qui peuvent le *toucher*. Mais, comme il ne suffit pas, lorsqu'on élève un édifice, de rassembler des pierres, des matériaux et tous les autres éléments de construction ; qu'il faut encore employer la main des gens de l'art pour disposer le tout et le mettre en ordre ; ainsi dans le discours, quelle que soit l'abondance des choses dont nous avons à parler, elles ne formeraient qu'un amas confus, si une sage disposition ne les coordonnait et ne les unissait entre elles par un lien régulier.

C'est donc à bon droit qu'on a fait de la *disposition* la seconde des cinq parties de l'oraison, puisque, sans elle, la première serait

LIBER SEPTIMUS

PRÆFATIO

De dispositionis utilitate.

De inventione, ut arbitror, satis dictum est ; neque enim ea demum, quæ ad docendum pertinent, executi sumus, verum etiam motus animorum tractavimus : sed, ut opera extruentibus satis non est, saxa atque materiam, et cetera ædificanti utilia congerere, nisi disponendis eis collocandisque artificum manus adhibeatur : sic in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum, nisi illas eadem *dispositio* in ordinem digestas atque inter se commissas devinxerit.

Nec immerito secunda quinque partium posita est, quum sine ea prior

comme non avenue. En effet, vous aurez beau avoir fondu tous les membres d'une statue, si vous ne les mettez tous à leur place, vous n'aurez point fait une statue. Changez ou transposez une seule partie de nos corps ou de ceux des animaux, n'y manquât-il rien d'ailleurs, vous ne ferez que des monstres. Qu'une de nos articulations soit dérangée, nos muscles perdent leur souplesse et leur jeu. Voyez des armées en désordre, elles s'embarrassent et se nuisent par leur nombre même. Aussi n'est-ce point une erreur de penser que la nature ne se conserve que par l'*ordre*, et que, si une fois la confusion s'y mettait, tout périrait bientôt. Il en est de même du discours quand l'ordre n'y préside pas; c'est l'image d'un chaos où tout flotte pêle-mêle, sans loi et sans guide; rien ne s'y tient. L'orateur revient sans cesse sur ses pas et omet le plus essentiel : il est comme un voyageur égaré, errant la nuit dans des lieux qui lui sont inconnus; ne s'étant proposé ni commencement ni fin, au lieu de suivre les voies de la prudence, il s'abandonne en aveugle à toutes les chances du hasard.

Ce livre tout entier sera donc consacré à la disposition. Si cette partie de l'art comportait des règles qu'on pût appliquer avec certitude à tous les sujets, elle ne serait pas le partage d'un si petit nombre d'orateurs. Mais comme les affaires du barreau ont toujours varié dans leurs espèces et varieront toujours; comme il n'y a peut-être pas eu dans le cours de tant de siècles, une seule cause qui fût de tout point semblable à une autre, il faut que l'avocat se

nihil valeat; neque enim, quamquam fuis omnibus membris, statua sit, nisi collocentur : et, si quam in corporibus nostris aliorumve animalium partem permutes et transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen : et artus etiam leviter loco moti perdunt, quo viguerunt, usum : et turbati exercitus sibi ipsi sunt impedimento. Nec mihi videntur errare, qui ipsam rerum naturam stare ordine putant; quo confuso, peritura sint omnia : sic oratio, carens hac virtute, tumultuetur necesse est, et sine rectore fluitet, nec cohæreat sibi, multa repetat, multa transeat, velut nocte in ignotis locis errans, nec initio nec fine proposito, casum potius, quam consilium, sequatur.

Quapropter totus hic liber serviat *dispositioni*, quæ quidem, si certa aliqua via tradi in omnes materias ullo modo posset, non tam paucis contigisset : sed, quum infinitæ litium formæ fuerint, futuræque sint, et tot sæculis nulla reperta sit causa, quæ esset tota alteri similis, sapiat oportet actor, et vigelet

crée des ressources dans sa propre sagesse et dans sa vigilance, qu'il invente, qu'il compare et ne prenne conseil que de lui-même. Il y a pourtant, je ne le nie pas, certains principes qu'on peut démontrer, et je ne les négligerai pas.

CHAPITRE PREMIER

Des lois de la disposition.

Séparer un tout en plusieurs parties distinctes, soumettre ces parties elles-mêmes à un ordre certain et les faire dépendre les unes des autres, de manière que ce qui suit s'enchaîne avec ce qui précède, tel est, comme je l'ai déjà fait remarquer ailleurs, l'objet de la *division*. Distribuer convenablement ce tout et ses parties, et assigner à chaque chose la place qu'elle doit occuper, voilà en quoi réside la *disposition*. Mais souvenons-nous-en : la disposition elle-même peut être changée par l'intérêt de la cause, et la même question ne pas se traiter la première de part et d'autre. Je m'en tiendrai à un seul exemple : Démosthène et Eschine offrent la preuve de ce que j'avance, dans la cause de Ctésiphon, où ils suivirent chacun un ordre tout contraire. L'accusateur commença par la question de droit qui lui paraissait la plus victorieuse; le défenseur fit valoir d'abord tous les autres moyens ou presque tous, afin de disposer le juge à la question légale. L'un, en effet, est inté-

et inveniatur, et iudicet, et consilium a se ipso petat: neque infitias eo, quædam esse, quæ demonstrari possint, ea que non omittam.

CAPUT PRIMUM

De dispositione faciendâ.

Sit igitur, ut supra significavi, *divisio*, rerum plurium in singulas: *partitio*, singularum in partes discretus ordo, et recta quædam locatio prioribus sequentia annectens: *dispositio*, utilis rerum ac partium in locos distributio. Sed meminerimus, ipsam *dispositionem* plerumque utilitate mutari, nec eandem semper primam quæstionem ex utraque parte tractandam: cujus rei, ut cetera exempla præteream, Demosthenes quoque atque Æschines possunt esse documento, in iudicio Ctésiphontis diversum secuti ordinem, quum accusator a jure, quo videbatur potentior, cæperit: patronus omnia, vel pæne omnia, ante jus posuerit, quibus iudicem quæstioni legum præpararet. Aliud

ressé à instruire le juge de telle manière, et l'autre de telle autre; sans quoi il faudrait toujours parler au gré du demandeur; enfin, dans les accusations mutuelles, lorsque chacun se défend, avant d'attaquer son adversaire, il faut bien que de part et d'autre on suive un ordre différent.

Je vais faire connaître maintenant, car je n'ai jamais prétendu en faire un mystère, quelle route je suivais, guidé en partie par les préceptes de l'art, en partie par les lumières de ma raison. Mon premier soin dans les controverses du barreau était de connaître à fond toutes les circonstances de la cause; car il n'en est pas comme de ces thèmes des écoles, que Cicéron appelle *propositiones*, où l'on n'a qu'un petit nombre de points fixes qu'on discute avant de passer à la déclamation proprement dite. Après avoir, en quelque sorte, fait comparaître devant moi toutes ces circonstances, je méditais autant pour ma partie adverse que pour la mienne.

Premièrement, ce qui n'est pas difficile et ce qu'il faut pourtant envisager avant tout, j'établissais où chaque partie voulait en venir; ensuite, par quel moyen elle comptait y arriver. Voici comme je procédais. Je réfléchissais à ce que dirait d'abord le demandeur; ou c'était un point avoué, ou c'était un point contesté. Avoué, il ne pouvait y avoir question. Je passais donc à la réponse de l'autre partie, et l'examinais de la même manière; quelquefois il en résultait encore un aveu réciproque. Mais du moment où l'on

enim alii docere prius expedit : alioqui semper petitoris arbitrio diceretur ; denique in accusatione mutua, quum se uterque defendat, priusquam adversarium arguat, omnium rerum necesse est ordinem esse diversum.

Igitur, quid ipse sim secutus, quod partim præceptis, partim usurpatum ratione cogoveram, promam : nec unquam dissimulavi. Erat mihi curæ in controversiis forensibus nosse omnia, quæ in causa versarentur : nam in schola certa sunt, et pauca, et ante declamationem exponuntur, quæ θέματα Græci vocant, Cicero *proposita* : quum hæc in conspectu quodammodo collocaveram, non minus pro adversa parte, quam pro mea, cogitabam.

Et primum, quod non difficile dictu est, sed tamen ante omnia intuendum, constituebam, *quid* utraque pars vellet efficere ; tum *per quid* ; hoc modo : cogitabam, quid primum *petitor* diceret ; id aut *confessum* erat, aut *controversum* : si confessum, non poterat ibi esse quæstio. Transibam ergo *ad responsum* partis alterius, idem intuebar ; nonnunquam etiam, quod inde obtinebatur, confessum erat : ubi primum cæperat non convenire, quæstio orie-

n'était pas d'accord, le débat s'engageait. Par exemple : *Vous avez tué un homme. — Oui, je l'ai tué.* Voilà un fait accordé. Je passe outre; c'est à l'accusé à rendre compte des motifs qui l'ont porté à ce meurtre. *Il est permis, dit-il, de tuer celui qu'on surprend en adultère avec sa complice;* et, de fait, la loi l'autorise. Il faut donc pousser jusqu'à un troisième point où il y ait contestation : *Ils n'étaient point adultères. — Ils l'étaient,* question. Le fait est douteux, conjecture. On confesse enfin ce dernier fait : *Oui, ils étaient adultères. Mais, dit l'accusateur, il ne vous était pas permis de les tuer, car vous étiez banni on noté d'infamie.* C'est alors une question de droit. Mais, si au moment où on lui dit : *Vous avez tué,* il répond : *Je n'ai pas tué,* le débat s'élève aussitôt. Il faut donc considérer attentivement où commence la discussion, et ce qui peut donner lieu à la première question.

Tantôt l'accusation est simple : *Rabirius a tué Saturninus;* tantôt elle est conjointe : *L. Varenus s'est rendu passible de la loi sur les assassins en tuant C. Varenus, en blessant Cneius, et en tuant encore Salaris;* car, dans ce dernier exemple, il y a diverses propositions ou divers chefs d'accusation. J'en dis autant de toutes les demandes en justice. Mais d'une accusation conjointe peuvent naître plusieurs questions et états, si l'accusé nie un point, en justifie un autre, ou en décline un autre sous le rapport de l'action judiciaire. Dans ce cas, l'accusateur doit considérer ce qu'il lui importe de réfuter, et en quel lieu il doit le faire; et à son

batur : id tale est, *Occidisti hominem. — Occidi,* convenit : transeo. Rationem reddere debet reus, *Quare occiderit?* — *Adullerum,* inquit, *cum adullera occidere licet :* legem esse certum est : tertium jam aliquid videndum est, in quo pugna consistat : *non fuerunt adulleri. — Fuerunt,* quæstio ; de facto ambigitur, conjectura est. Interim vero et tertium confessum est, *adulteros fuisse : sca tibi,* inquit accusator, *illos non licuit occidere : exsul eras, aut ignominiosus;* de jure quæritur : at, si protinus dicenti, *Occidisti,* respondeatur, *Non occidi;* statim pugna est : sic explorandum est, ubi controversia incipiat, et considerari debet, quæ primam quæstionem facit.

Intentio simplex, *Occidit Saturninum Rabirius :* conjuncta, *Lege de sicariis commisit L. Varenus :* nam *C. Varenum occidendo, et Cn. vulnerando, et Salarium item occidendo, cadit :* nam sic diversæ propositiones erunt : quod idem de petitionibus dictum sit : verum ex conjuncta propositione plures esse quæstiones ac status possunt, si aliud negat reus, aliud defendit, aliud jure actionis excludit : in quo genere agenti est dispiciendum, quid quoque loco

égard je ne m'éloigne pas tout à fait de l'avis de Celsus, qui a d'ailleurs incontestablement suivi Cicéron, si ce n'est peut-être qu'il insiste avec trop de scrupule sur la nécessité de débiter par quelque preuve solide, de réserver pour la fin les plus convaincantes, et de placer les plus faibles au milieu, par la raison, dit-il, qu'il faut ébranler le juge en commençant, et entraîner sa conviction en finissant.

Quant à l'accusé, le plus souvent il a intérêt à aborder en premier ce qu'on lui oppose de plus sérieux, de peur que le juge qui en est préoccupé n'écoute défavorablement la défense des autres griefs. Quelquefois pourtant on intervertira cet ordre, si ces griefs sont notoirement faux, et qu'au contraire le point capital soit difficile à défendre; car alors, après avoir ôté toute confiance aux accusateurs, on attaquera avec plus de succès l'objection principale auprès de juges convaincus jusque-là que tout dans l'accusation est vague et mensonger. Mais, en ce cas, il faudra une espèce de préambule où l'on rende compte des motifs qui font ajourner la discussion du chef principal et où l'on promette de le réfuter plus tard : autrement, on aurait l'air de vouloir esquiver la difficulté, dans l'impuissance de la détruire.

Souvent aussi il faut commencer par justifier l'accusé des reproches qu'on lui fait sur sa conduite passée, pour que le juge écoute sans prévention le fait sur lequel il doit prononcer. Cependant Cicéron, dans son plaidoyer *pour Varenus*, n'a rempli ce de-

dilat. Quod pertinet ad auctorem, non plane dissentio a Celso, qui, sine dubio Ciceronem secutus, instat tamen huic parti vehementius, ut putet, primo firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio quia et initio movendus sit iudex, et summo impellendus.

At pro reo plerumque gravissimum quidque primum movendum est, ne illud spectans iudex reliquorum defensioni sit adversior : interim tamen et hoc mutabitur, si leviora illa palam falsa erunt, gravissimi defensio difficilior : ut, detracta prius accusatoribus fide, aggrediamur ultimum, jam iudicibus omnia vana esse credentibus ; opus erit tamen præfatione, qua et ratio reddatur dilati criminis, et promittatur defensio : ne id, quod non statim diluemus, timere videamur.

Anteaactæ vitæ crimina plerumque prima purganda sunt, ut id, de quo laturus est sententiam iudex, audire propitius incipiat : sed hoc quoque pro Va-

voir qu'en dernier, parce qu'en cela il a moins consulté l'usage que l'intérêt de sa cause.

Quand l'accusation est simple, il convient d'examiner s'il n'y a qu'un système de défense à y opposer, ou plusieurs. S'il n'y en a qu'un, sera-ce sur le fait lui-même que nous élèverons la question, ou sur la loi, en vertu de laquelle on le poursuit? Si c'est sur le fait, avons-nous intérêt à le nier ou à le justifier? Sur la loi, à quelle espèce de droit aurons-nous recours? Nous attacherons-nous à sa lettre ou à son esprit? Pour se déterminer dans tout cela, il faut considérer quelle est la loi qui a donné naissance au procès, c'est-à-dire qui pourra servir de base au jugement : car ce n'est pas comme dans les écoles où l'on propose des controverses qui impliquent plusieurs lois et plusieurs faits. Telle est celle-ci : *Tout père, dit une loi, qui voudra reconnaître son fils, après l'avoir abandonné, pourra le reprendre en payant les aliments. Le père, dit une autre loi, peut déshériter son fils, pour le seul fait de désobéissance. Un père reprend son fils, après l'avoir abandonné, et lui ordonne d'épouser une parente fort riche; mais le fils refuse et veut s'unir à la fille du pauvre qui l'a nourri.* Voilà matière à de beaux mouvements, si l'on s'attache à la première de ces deux lois (*de expositis*); mais c'est de la loi sur l'*exhérédation* seule que dépendra le jugement. Quelquefois pourtant ce n'est pas sur une loi unique qu'il y a question, mais sur plusieurs qui se contredisent entre elles, ce qu'on appelle *antinomie*. Telles sont les choses qu'il faut voir, pour découvrir le point véritable de la contestation.

reno Cicero in ultimum distulit, non, quid frequentissime, sed, quid tum expedit, intuitus.

Quum simplex intentio erit, videndum est, unum aliquid respondeamus, an plura : si unum; *in re* quæstionem instituamus, an *in scripto* : si *in re*; negandum sit, quod objicitur, an tuendum : si *in scripto*; in qua specie juris pugna sit, et in ea *de verbis* an *de voluntate*, quærat. Id ita consequemur, si intuiti fuerimus, quæ sit lex quæ litem faciat, hoc est, qua judicium sit constitutum; nam quædam in scholasticis ponuntur ad conjungendam modo actæ rei seriem : ut, *Pater, expositum qui agnoverit, solutis alimentis recipiat : minus dicto audientem filium liceat abdicare : qui expositum recepit, imperat ei nuptias locupletis propinquæ ; ille ducere vult filiam pauperis educatoris.* Lex de *expositis* ad affectum pertinet; judicium pendet ex lege abdicationis : nec tamen semper ex una lege quæstio est, ut in *ἀντινομία* : his spectatis adparebit, circa quæ pugna sit.

La défense s'attache aussi à plus d'un point, telle est celle *pour Rabirius* : — *S'il l'eût tué, il eût bien fait; mais il ne l'a pas tué.*

A-t-on plusieurs objections à faire contre une seule proposition, il faut d'abord bien réfléchir sur tout ce qu'on a à dire, et classer ses réfutations dans l'ordre et à la place qui leur convient. Ici, je n'admets pas ce que j'ai accordé un peu plus haut, en parlant des chefs d'accusation, ni ce que j'ai dit au chapitre des preuves, en traitant des arguments, à savoir qu'on peut quelquefois commencer par les plus forts; lorsqu'on réfute, l'importance des questions doit aller toujours croissant, c'est-à-dire qu'il faut partir des plus faibles pour arriver aux plus puissantes, qu'elles soient ou non du même genre.

Or, les questions de droit varient au moyen de mille interprétations différentes; celles de fait tendent toutes au même but. Dans les unes comme dans les autres, la disposition est la même. Mais parlons d'abord des questions qui reposent sur des différences et où les moyens les plus faibles doivent être discutés les premiers. C'est pour cela qu'après avoir traité certaines questions, nous les abandonnons ordinairement à notre partie adverse, car nous ne pouvons passer à d'autres, sans laisser là les premières; toutefois il le faut faire de manière à ne pas avoir l'air de passer condamnation sur ces questions, mais seulement d'en faire peu de cas, parce qu'on peut vaincre sans leur secours. *Un fondé de pouvoirs réclame en justice pour son commettant les intérêts d'une obligation dont*

Conjuncta defensio est, qualis pro Rabirio : Si occidisset, recte fecisset; sed non occidit.

Ubi vero multa contra unam propositionem dicimus, cogitandum est primum, quidquid dici potest; tum ex his, quo quidque loco dici expediat, ordinandum : in quo non idem sentio, quod de propositionibus paulo ante, quodque de argumentis probationum loco concessi, aliquando nos incipere a firmitioribus. Nam vis quæstionum semper crescere debet, et ad potentissima ab infirmissimis pervenire, sive sunt ejusdem generis, sive diversi.

Juris autem quæstiones solent esse nonnunquam ex aliis atque aliis conflictionibus; facti semper idem spectant; in utroque genere similis ordo est : sed prius de dissimilibus, ex quibus infirmissimum quidque primum tractari oportet : ideoque quasdam quæstiones exæcuti, donare solemus, et concedere; neque enim transire ad alias possumus, nisi omissis prioribus. Quod ipsum ita fieri oportet, non, ut damnasse eas videamur, sed omisisse, quia possumus etiam sine eis vincere. *Procurator alicujus pecuniam petit ex fœnore hæredita-*

celui-ci a hérité. Ici se présente une première question : *Le fondé de pouvoirs a-t-il capacité pour recevoir le mandat?* Supposons qu'après avoir traité ce point, nous y renoncions par conviction; nous examinerons *si celui au nom duquel le procès est intenté a qualité pour donner ce mandat.* On nous force encore à abandonner ce moyen; mais la matière recèle d'autres questions : *Celui pour qui l'on plaide est-il héritier du bailleur de fonds, est-il son héritier universel?* Enfin, si tout cela est accordé, reste cette dernière question : *Est-il dû des intérêts?*

Au contraire, personne ne poussera la démence au point de se désister de ce qu'il y aura de plus solide dans sa cause, pour se rabattre sur des moyens légers et insignifiants, comme dans ce sujet de controverse des écoles : *La loi vous défend de déshériter celui que vous aurez adopté; mais le pussiez-vous, ce n'est point à l'égard d'un homme qui a rendu des services à sa patrie; que si vous le pouvez encore, ce ne sera point parce que cet homme n'aura point cédé à votre caprice; que s'il s'est montré soumis dans tout le reste, ce ne sera point pour s'être permis d'opter; que s'il a opté, ce ne sera point pour avoir préféré telle récompense à telle autre.* Voilà les différences que présentent les questions de droit. Quant aux faits, ils peuvent donner lieu à plusieurs questions, mais elles tendent toutes à la même fin, et il en est une fondamentale à laquelle on sacrifie volontiers celles qui ne sont qu'accessoires. Par exemple, quelqu'un est accusé de vol; il dira à son accusateur : *Prouvez que vous possédiez l'objet volé,*

rio : potest incidere quæstio, An huic esse procuratorem liceat? Finge nos, postquam tractavimus, remittere, vel etiam convinci : quæretur, An ei, cujus nomine litigatur, procuratorem habendi sit jus? Discedamus hinc quoque : recipit materia quæstionem, An ille, cujus nomine agitur, hæres sit fœneratoris? an ex asse hæres? Hæc quoque concessa sint; quæretur, An debeat?

Contra, nemo tam demens fuerit, ut id, quod firmissimum duxerit se habere, remittat, et ad leviora transcendat : huic in schola simile est; *Non abdicabis adoptatum : ut hunc quoque; non virum fortem : ut et fortem; non, quicumque voluntati tuæ non paruerit : ut in alia omnia subjectus sit; non propter optionem : ut propter optionem; non propter talem optionem : hæc juris quæstionum differentia est. In factis autem ad idem tendentia sunt plura : ex quibus aliqua citra summam quæstionem remitti solent; ut, si is, cum quo furti agi-*

prouvez que vous l'avez perdu, qu'il vous a été pris, QUE C'EST MOI QUI VOUS L'AI DÉROBÉ. Il pourra bien se relâcher sur les premiers points, il ne le pourra sur le dernier.

Telle était aussi ma méthode. Je remontais de la dernière espèce, qui renferme assez ordinairement toute la cause, jusqu'à la question générale, ou bien je descendais du genre à la dernière espèce, même dans les matières délibératives. Ainsi Numa délibère s'il acceptera la couronne que lui offrent les Romains. *Doit-on régner?* Voilà le genre. *Doit-on régner dans une ville étrangère? à Rome? Les Romains s'accommoderont-ils d'un tel roi?* Voilà la question subdivisée jusqu'à sa dernière espèce. C'est de même dans les controverses de l'école. Un homme qui a bien mérité de sa patrie demande pour récompense la femme d'autrui. *Peut-il demander la femme d'autrui?* Voilà la dernière espèce. *Doit-il recevoir tout ce qu'il demande?* Voilà la question générale. Puis viennent ces questions subsidiaires : *Ses vœux doivent-ils s'étendre jusqu'au domaine particulier? jusqu'au mariage? jusqu'à demander une femme qui a son mari?* Mais tout cela exige un certain ordre dans les pensées; car ce qui se présente d'abord à l'esprit est presque toujours ce qu'il faut dire en dernier, comme ici : *Peut-on demander la femme d'autrui?* C'est pourquoi on gâte sa division si l'on se hâte trop de la faire; ne nous arrêtons donc pas à nos premières idées, et voyons au delà : *Cet homme a-t-il le droit de demander même une veuve?* Plus encore : *Peut-il rien demander*

tur, dicat, *Proba te habuisse, proba perdidisse, proba furto perdidisse, proba mea fraude* : priora enim remitti possunt; ultimum non potest.

Solebam et hoc facere præcipue, ut vel ab ultima specie (nam ea fere est, quæ continet causam) retrorsum quærerem usque ad primam generalem quæstionem, vel a genere ad extremam speciem descenderem, etiam in suasoriis. Ut deliberat Numa, *an regnum offerentibus Romani recipiat?* Primum id est genus, *An regnandum? an in civitate aliena? an Romæ? an latûri sint Romani talem regem?* Similiter in controversiis: optet enim vir fortis alienam uxorem: ultima species est, *An optare possit alienam uxorem?* Generale est, *An, quidquid optaverit, accipere debeat?* Inde, *An ex privato? an nuptias? an maritum habentis?* Sed hoc non, quemadmodum dicitur, ita et quæritur: primum enim occurrit fere, quod est ultimum dicendum, ut hoc, *Non debes alienam uxorem optare*: ideoque divisionem perdit festinatio: non oportet igitur offerentibus se contentum esse; quærratur aliquid, quod est ultra, *si ne viduam quidem?*

de ce qui appartient à un particulier? Et enfin, car il n'y a rien après : Peut-il rien demander d'injuste? ce qui rentre dans la dernière espèce.

Ainsi, une fois qu'on a nettement envisagé une proposition en elle-même, ce qui est très-facile, il faut examiner autant que possible ce qu'il est d'abord naturel d'y répondre, et cela nous viendra, pour peu que nous nous figurions qu'il s'agit de notre affaire propre et que c'est nous qu'on interpelle. Que si cette première réponse ne nous satisfait pas, mettons de côté ce qui nous est venu en premier à l'esprit, et parlons-nous ainsi à nous-mêmes : *Est-ce bien là tout ce qu'on peut répondre?* Puis nous passons à une seconde, à une troisième réfutation, jusqu'à ce que nous n'en trouvions plus. De la sorte, nous épuisons les plus petites questions, et ce procédé nous rend le juge plus favorable, quand nous abordons la question principale.

Un précepte qui a encore quelque analogie avec celui que je viens de traiter, c'est de descendre du *commun* au *propre*, car les questions *communes* sont presque des questions générales. *On a tué le tyran; voilà une proposition commune. C'est une femme, c'est sa femme même qui l'a tué; voilà une proposition propre.*

J'avais coutume aussi de m'emparer des points dont mon adversaire convenait, en tant qu'ils m'étaient utiles, et par-là non-seulement je le forçais à des aveux, mais je les multipliais au moyen de la division, comme dans ce sujet de controverse : *Un général, qui*

adhuc plus, si nihil ex privato? ultimum retrorsum, quod idem a capite primum est, si nihil iniquum?

Itaque propositione visa, quod est facillimum, cogitemus, si fieri potest, quid naturale sit primum responderi : id si, tamquam res agatur, et nobis ipsis respondendi necessitas sit, intueri volumus, occurrit. Si id non contigerit, seponamus id, quod primum se obtulerit, et ipsi nobiscum sic loquamur : *Quid si hoc non esset?* id iterum et tertium, et dum nihil sit reliqui : ita inferiora quoque scrutabimur, quæ tractata faciliorem nobis judicem in summa quæstione facient.

Non dissimile huic est et illud præceptum, ut a communibus ad propria veniamus : fere enim communia generalia sunt. *Commune, Tyrannum occidit proprium, Virum tamen tyrannum occidit, mulier occidit, uxor occidit.*

Solebam et excerpere, quid mihi cum adversario conveniret, si modo id pro me erat; nec solum premere confessionem, sed partiendo multiplicare, ut in illa controversia, *Dux, qui competitorem patrem in suffragiis vicerat, captus*

avait eu son père pour compétiteur et l'avait emporté sur lui, est fait prisonnier. Des députés envoyés pour le racheter rencontrent le père qui revenait de chez les ennemis et qui leur dit : Vous arriverez trop tard. Ils se jettent sur lui et trouvent de l'or caché dans son sein. Ils s'acheminent ensuite vers le lieu de leur destination, et trouvent leur général attaché à une croix, qui leur fait entendre ces mots : Méfiez-vous d'un traître ! Le père est mis en accusation. Quels sont les points dont on convient ? qu'il y a eu trahison, et que cette trahison a été révélée par le général mourant. Il ne s'agit plus que de trouver le traître. Or, dira-t-on au père, vous avouez que vous êtes allé chez les ennemis, que vous vous y êtes rendu secrètement ; que vous en êtes revenu sain et sauf ; que vous en avez rapporté de l'or et que vous l'aviez caché sur vous. Car c'est surtout ce qu'a fait l'accusé qui donne du poids aux imputations, et une fois que l'esprit du juge en est frappé, il prête à peine l'oreille à la défense : tant il est vrai que l'accusateur a intérêt à agglomérer les griefs, et le défenseur à les séparer !

Je faisais encore pour toute ma matière ce que j'ai dit qu'on fait à l'égard des arguments, c'est-à-dire qu'après avoir détruit toutes les propositions essentielles et écarté les autres, je m'arrangeais de telle sorte qu'il ne restât plus que ce que je voulais qu'on crût. Par exemple, dans les crimes de prévarication : *Pour qu'un accusé soit absous, dira-t-on, il faut ou que son innocence soit reconnue, ou que quelque puissance intervienne en sa faveur, ou qu'on use*

est ; euntes ad redimendum eum legati, obvium habuerunt patrem, revertentem ab hostibus : is legalis dixit, Sero itis. Excusserunt illi patrem, et aurum in sinu ejus invenerunt : ipsi perseverarunt ire, quo intenderant : invenerunt duçem crucifixum, cujus vox fuit, Cavele proditorem : reus est pater ? Quæ conveniunt ? Proditio nobis prædicta est, et prædicta a duce, quærimus proditorem ; te isse ad hostes fateris, et isse clam, et ab his incolumem rediisse, aurum retulisse, et aurum occultum habuisse. Nam, quod fecit, id nonnunquam potentius fit in propositione : quæ si animos occupavit, prope aures ipsæ defensionis præcluduntur : in totum autem congregatio criminum accusantem adjuvat, separatio defendentem.

Solebam id, quod fieri et in argumentis dixi, in tota facere materia, ut propositis, extra quæ nihil esset, omnibus, deinde ceteris remotis, solum id superesset, quod credi volebam. Ut in prævaricationum criminibus, *Ut absolvatur reus, aut innocentia ipsius sit, aut interveniente aliqua potestate, aut vi au*

de violence envers les juges, ou qu'on les corrompe, ou qu'ils ne puissent trouver de preuves, ou qu'ils prévariquent. Or, vous reconnaissez que l'accusé était coupable; aucune puissance ne s'est interposée pour lui, il n'y a pas eu de violence exercée, vous ne vous plaignez point que les juges aient été séduits, les preuves n'ont pas manqué : que reste-t-il donc, sinon une prévarication manifeste?

Que si je ne pouvais réfuter tout ce qu'on m'objectait, au moins j'en réfutais la majeure partie. *Il est constant qu'un homme a été tué; mais ce n'est pas dans un lieu écarté, ce qui pourrait faire soupçonner qu'il l'a été par des voleurs; on n'en voulait point à sa bourse, car on ne lui a rien pris; ce n'était pas non plus pour recueillir sa succession, il était pauvre. C'est donc l'effet de quelque haine cachée; quel est son ennemi?*

Ce procédé, qui consiste à sonder l'un après l'autre tous nos moyens et à en faire une espèce de triage, pour nous arrêter à ce qu'il y a de meilleur, rend la division plus facile et aide beaucoup à l'invention. *Milon est accusé d'avoir tué Clodius; ou il l'a fait, ou il ne l'a pas fait.* Mieux vaudrait pouvoir le nier, mais cela ne se peut : nous disons donc, qu'il l'a tué. *Avait-il tort ou raison?* Sans doute il avait raison. C'a donc été l'effet de sa volonté ou de la nécessité, car ici l'on ne peut prétexter cause d'ignorance. La volonté! C'est une chose qui laisse bien du louche dans l'esprit de la plupart des hommes; on ajoute donc pour la défense de l'ac-

corrupto judicio, aut difficultate probationis, aut prævaricatione : nocentem fuisse confiteris, nulla potestas obstitit, nulla vis, corruptum judicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit : quid superest, nisi ut prævaricatio fuerit?

Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar : Hominem occisum esse constat; non in solitudine, ut a latronibus suspicer : non prædæ gratia; quia inspoliatus est : non hæreditatis spe; quia pauper fuit : odium igitur in causa : quis inimicus?

Quæ res autem faciliorem divisioni viam præstat, eadem inventioni quoque excutere, quidquid dici potest, et velut rejectione facta ad optimum pervenire: accusatur Milo quod Clodium occiderit : aut fecit, aut non : optimum erat, negare : si non potest, occidit ergo, aut jure, aut injuria : utique jure : aut voluntate igitur, aut necessitate; nam ignorantia prætendi non potest. Voluntas anceps est; sed, quia ita homines putant, attingenda defensio, ut id pro re-

cusé, qu'il a voulu rendre service à la république. La nécessité! *Il s'est donc présenté tout à coup un combat auquel on n'était point préparé? L'un des deux tendait donc des pièges à l'autre? lequel était-ce?* Clodius apparemment. Voyez comme tout s'enchaîne pour arriver à un bon système de défense. Poursuivons. *Ou Milon, s'apercevant que Clodius lui dressait des embûches, a voulu se défaire de lui, ou il ne l'a pas voulu.* Le plus sûr est de dire qu'il ne l'a pas voulu; on fait donc honneur du meurtre aux esclaves de Milon qui ont agi sans l'ordre et à l'insu de leur maître; mais cette justification a quelque chose de timide qui affaiblit ce que nous avons dit plus haut de la justice de ce meurtre, et on se hâte d'ajouter *que ces esclaves ont fait ce que chacun de nous voudrait que les siens fissent en pareille rencontre.*

Il est d'autant plus utile de s'y prendre de la sorte, que souvent aucun moyen ne nous satisfait complètement, et qu'il faut pourtant s'arrêter à quelque chose. Ce n'est donc qu'en envisageant une cause sous toutes ses faces, que nous pourrons découvrir ce qu'il y a de plus fort ou de moins faible à y faire valoir. Dans certains cas, il faut se servir de la proposition de son adversaire, et je l'ai fait remarquer, elle est quelquefois commune aux deux parties.

Je sais que, dans une foule de passages, quelques auteurs ont discuté comment on pouvait découvrir à laquelle des deux parties il appartient de parler la première; mais à quoi bon? puisqu'au barreau cette priorité est déterminée soit par l'inflexible sévérité des

publica fuerit : necessitate? subita igitur pugna non præparata; alter igitur insidiatus est : uter? profecto Clodius : videsne, ut ipsa rerum necessitas deducat ad defensionem? Adhuc, Aut utique voluit occidere insidiatorem Clodium, aut non : tutius, si noluit : fecerunt ergo servi Milonis, neque jubente, neque sciente Milone : at hæc tam timida defensio detrahit auctoritatem illi, qua recte dicebamus occisum. Adjicietur, Quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.

Hoc eo est utilius, quod sæpe nihil placet, et aliquid dicendum est : intueamur ergo omnia; ita apparebit aut id, quod optimum est, aut id, quod minime malum : propositione aliquando adversarii utendum, et esse nonnunquam communem eam, suo loco dictum est.

Multis millibus versuum scio apud quosdam esse quæsitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet prior dicere? quod in foro vel atrocitate formula-

formules, soit par la manière dont l'action est intentée, soit enfin par le sort. Cette question est encore plus oiseuse pour les écoles; car dans les déclamations le défendeur et le demandeur s'accordent mutuellement la faculté de narrer et de réfuter. Il est même certaines controverses où l'on chercherait vainement qui doit commencer, comme dans celle-ci : *Un père qui a trois enfants, l'un orateur, l'autre philosophe et le troisième médecin, dispose de son bien en quatre parts; il en donne une à chacun de ses enfants et réserve la quatrième pour celui des trois qui sera jugé le plus utile à la société.* On plaide. Qui doit parler en premier? Cela est incertain; et cependant la proposition est certaine, car il faudra commencer par celui que nous défendrons.

Voilà ce qu'on peut enseigner sur la division en général.

Maintenant comment parviendrons-nous à découvrir certaines questions qui sont plus cachées? Comme nous parvenons à trouver les pensées, les expressions, les figures, les couleurs qu'exige notre sujet : avec de l'esprit, de l'application et de l'exercice. Ces questions d'ailleurs ne se déroberaient presque jamais à des yeux un peu attentifs, si, comme je l'ai dit, on voulait toujours prendre la nature pour guide. Mais la plupart des orateurs courant après une vaine renommée d'éloquence, croient avoir assez fait s'ils ont traité quelques lieux communs brillants ou qui ne font rien pour la preuve; d'autres s'imaginent avoir tout prévu, en s'attachant à tout ce qui leur vient à l'esprit.

rum, vel modo petitionum, vel novissime sorte dijudicatur. In schola quæri nihil attinet, quum in declamationibus iisdem narrare, et contractiones solvere, tam ab actore, quam a possessore concessum sit : sed in plurimis controversiis ne inveniri quidem potest, ut in illa, *Qui tres liberos habebat, oratorem, philosophum, medicum, testamento quatuor partes fecit, et singulas singulis dedit : unam ejus esse voluit, qui esset utilissimus civitati.* Contendunt : quis primus dicat, incertum est ; propositio tamen certa : ab eo enim, cujus personam tuebimur, incipiendum erit.

Et hæc quidem de dividendo in universum præcipi possunt.

At quomodo inveniemus etiam illas occultiores questiones? scilicet, quo modo sententias, verba, figuras, colores, ingenio, cura, exercitatione : non tamen fere unquam, nisi imprudentem fugerint, si, ut dixi, naturam sequi ducem velit. Sed plerique, eloquentiæ famam affectantes, contenti sunt locis speciosis modo, vel nihil ad probationem conferentibus : alii, nihil vitare, ea quæ in oculos incurrunt, exquirendo, putant.

Rendons ces défauts plus sensibles par un exemple que me fournira une controverse de l'école qui n'est ni bien neuve ni bien difficile. QUICONQUE, dit la loi, N'AURA PAS ASSISTÉ SON PÈRE ACCUSÉ DE TRAHISON, SERA DÉSHÉRITÉ. QUICONQUE AURA ÉTÉ CONDAMNÉ POUR TRAHISON, SERA EXILÉ AVEC SON AVOCAT. *Un père accusé de ce crime a deux fils : l'un, qui a de la faconde, prend sa défense; l'autre, élevé à la campagne, n'assiste pas même au procès. Le père condamné part pour l'exil avec le fils qui l'a défendu. Le campagnard se distingue à la guerre et obtient, en récompense de sa valeur, le rappel de son père et de son frère. Le père, de retour, meurt sans avoir testé. Le campagnard réclame sa part dans la succession; l'orateur la revendique tout entière.*

Quel beau champ pour ces hommes qui se croient éloquents, et à qui nous paraissions ridicules de nous donner tant de peine pour des causes qu'on a si rarement occasion de plaider ! Comme ils s'empareront de tout ce qu'il y a de favorable ici à plaider pour un pauvre campagnard contre un orateur, pour un brave soldat contre un citadin efféminé, pour un bienfaiteur contre un ingrat, pour un modeste héritier qui se contente de ce qui lui revient, contre un envahisseur qui ne veut rien donner à son frère, de la succession paternelle ! Toutes considérations qui sont en effet dans la cause et qui aident beaucoup au succès, sans néanmoins le déterminer. Ils chercheront ce qu'ils pourront trouver de plus hasardé ou de plus obscur, car aujourd'hui le principal mérite d'un plaider est d'exciter des trépignements et des cris.

Quod quo facilius appareat, unam de schola controversiam, non illam sane difficillimam aut novam, proponam in exemplum. *Qui reo proditionis patri non affuerit, exhæres sit : proditionis damnatus cum advocatione exsulet : reo proditionis patri disertus filius affuit, rusticus non affuit : damnatus abiit cum advocatione in exsilium ; rusticus quum fortiter fecisset, præmii nomine impetravit restitutionem patris et fratris : pater reversus intestatus decessit : petit rusticus partem bonorum, orator totum sibi vindicat.*

Hic illi eloquentes, quibusque nos, circa lites raras sollicitiores, ridiculi videmur, invadent personas favorabiles : actio *pro rustico contra disertum, pro forti contra imbellem, pro restituto contra ingratum, pro eo, qui parte contentus sit, contra eum, qui fratri nihil dare ex paternis velit.* Quæ omnia sunt in materia, et multum juvant ; victoriam tamen non trahunt : in hac quærentur sententiæ, si fieri potuerit, præcipites, vel obscuræ (nam ea nunc virtus est), et pulchre fuerit cum materia, tumultu et clamore transactum.

Pour ceux qui se proposent quelque chose de mieux, mais dont l'attention ne se porte que sur les surfaces, ils apercevront bien les raisonnements les plus saillants tels que ceux-ci : *Que le paysan est excusable de n'avoir point assisté son père au procès, ne pouvant lui être d'aucun secours; que le fils qui l'a défendu n'a pas tant à s'en glorifier, puisqu'enfin l'accusé a été condamné; que l'héritage appartiendrait à plus juste titre à celui qui a rétabli sa famille dans ses biens, qu'à l'homme qui s'est montré avare, impie, ingrat, en refusant de partager avec un frère auquel il avait de si grandes obligations.* Ils entreverront même la question à naître sur le texte de la loi et sur son esprit, question indispensable pour résoudre le reste.

Mais l'orateur qui suivra la nature fera indubitablement les réflexions suivantes : que doit dire d'abord le campagnard? *Mon père est mort sans faire de testament; il nous a laissés mon frère et moi ses seuls héritiers; je demande ma part en vertu du droit commun.* Quel est l'homme assez inepte, assez ignorant pour ne pas commencer ainsi, sans savoir même ce que c'est qu'une proposition, et pour ne pas faire ressortir tout ce qu'il y a de conforme à l'équité dans ce principe universellement reconnu.

Reste à voir ce qu'on peut opposer à une demande aussi juste. La réponse est toute simple : la loi dit que *quiconque n'aura pas assisté son père, accusé pour fait de trahison, sera déshérité; or,*

Illi vero, quibus propositum quidem melius, sed cura in proximo est, hæc velut innatantia videbunt, Excusatum esse rusticum, quod non interfuerit iudicio, nihil collaturus patri: sed ne disertum quidem habere, quod imputet reo, quum is damnatus sit: dignum esse hæreditate restitutum; avarum, impium, ingratum, qui dividere nolit cum fratre, eoque sic merito: questionem quoque illam primam scripti et voluntatis, qua non expugnata, non sit sequentibus locus.

cansæ valere videantur, easque, quas in argumentum sumet, augere. Si minus, illuc conferenda est oratio, aut aliquas fortasse latentes fuisse, aut nihil ad rem pertinere, cur fecerit, si fecit : aut etiam dignius esse odio scelus, quod non habuerit causam; patronus vero, quoties poterit, instabit huic loco, ut nihil credibile sit factum esse sine causa; quod Cicero vehementissime multis orationibus tractat : præcipue tamen pro Vareno, qui in omnibus aliis premebatur : nam et damnatus est. At, si proponitur, *cur factum sit*, aut falsum causam, aut levem, aut ignotam reo dicet : possunt esse aliquæ interim ignotæ : *An hæredem habuerit, an accusaturus fuerit, eum a quo dicitur occisus?* si alia defecerint, non utique spectandas esse causas; nam quem posse reperiri, qui non *metuat, oderit, speret?* plurimos tamen hæc salva innocentia facere. Neque illud est omittendum, *non omnes causas in omnibus personis valere*; nam, ut alicui sit furandi causa paupertas, non erit idem in Curio Fabricioque momentum.

Qui, des *motifs* ou de la *personne*, doit nous occuper en premier? Les orateurs ont agi diversement à cet égard. Cicéron a souvent donné la priorité aux motifs; pour moi, il me semble plus naturel de commencer par la *personne*, si rien dans le procès ne détermine à préférer les motifs. En effet, n'est-ce pas une proposition plus générale, une division plus exacte que celle-ci : *Tel crime est-il croyable chez qui que ce soit; est-il croyable de la part de tel?* Cependant en cela, comme en bien d'autres points, l'intérêt de la cause peut exiger une interversion.

Indépendamment des causes qui ont pu déterminer la *volonté*, on recherche quelquefois celles qui tiennent à l'erreur, comme l'*ivresse*, l'*ignorance*; car autant ces circonstances sont atténuantes pour qualifier le délit, autant elles deviennent puissantes pour le prouver. Enfin, je ne sais s'il existe à peine une cause où les deux parties ne s'étendent sur la *personne*, tandis que souvent on ne dit pas un mot des motifs, comme dans les procès pour *adultères* et pour *vols*, genres de crimes qui se motivent assez par eux-mêmes.

Viennent ensuite les conjectures fondées sur les *dessins*, et à cet égard on est fort au large. Ainsi l'on dira : *Est-il probable que l'accusé ait pu songer à commettre un pareil crime? A-t-il pu croire que ce crime demeurerait ignoré, ou que si l'on venait à le découvrir il resterait impuni? S'imaginait-il qu'il en serait quitte pour une peine légère, tardive, et qui, après tout, lui serait moins*

De causa prius, an de persona dicendum sit, quæritur; varietate est ab oratoribus factum : a Cicerone etiam prælatæ frequenter causæ ; sed mihi, si neutro litis conditio præponderet, secundum naturam videtur incipere a persona; nam hoc magis generale est, rectorque divisio, An in nullo crimen credibile, an in hoc. Potest tamen id ipsum, sicut pleraque, vertere utilitas.

Nec tantum causæ voluntatis sunt quærendæ : sed interim et erroris, ut ebrietas, ignorantia ; nam, hæc ut in qualitate crimen elevant, ita in conjectura premunt. Et persona quidem nescio an nunquam, utique in vero actu rei, possit incidere, de qua neutra pars dicat : de causis frequenter quæri nihil attinet, ut in adulteriis, ut in furtis ; quia illas per se ipsa crimina secum habent.

Post hæc intuenda videntur et consilia ; quæ late patent, An credibile sit, reum sperare, id a se scelus effici posse? an ignorari, quum fecisset? an, etiam si ignoratum non esset, absolvi, vel pœna levi transigi, vel tardiore, vel ex

dommageable que son crime ne lui aurait été utile? Ce crime était-il d'un tel prix, qu'il voulût s'exposer au châtement? Ensuite on examinera s'il n'eût pu le commettre dans un autre temps, d'une autre manière, ou avec plus de facilité, ou avec plus de sûreté. C'est ce que fait Cicéron dans la défense de Milon, quand il énumère les occasions où Clodius aurait pu être tué impunément. En outre, pourquoi l'agression s'est-elle faite en tel lieu, en tel temps, de telle façon? ce qui est encore discuté avec beaucoup de soin dans la même défense. Enfin, si l'accusé n'a pas eu de dessein prémédité, a-t-il obéi à une impétuosité brutale, à une rage aveugle? car on dit communément que les scélérats ne sont pas prudents; ou bien, est-ce l'habitude du crime qui l'a emporté?

Après avoir discuté ce premier point, *s'il l'a voulu*, reste à examiner *s'il l'a pu*. Ici, il faut avoir égard au lieu et au temps. S'agit-il de vol? l'endroit était-il clos ou fréquenté? était-ce le jour? ce qui l'exposait à être vu; la nuit? ce qui rendait le vol plus difficile. On se rend compte aussi des obstacles, des conjectures, et cela se rencontre si souvent qu'il n'est pas besoin d'en donner d'exemples. Que si l'accusé ne l'a pas pu, le procès est terminé; mais *s'il l'a pu*, suit immédiatement cette question : *L'a-t-il fait?* Or, tout cela rentre dans les conjectures morales, car c'est par elles qu'on établit *s'il a pu espérer de réussir*. Il faut donc envisager les moyens,

quæ minus incommodi consecuturus, quam ex facto gaudii videretur? an etiam tanti putaverit, pœnam subire? Post hæc, An alio tempore, et aliter facere, vel facilius, vel securius potuerit? ut dicit Cicero pro Milone, enumerans plurimas occasiones, quibus ab eo Clodius impune occidi potuerit : præterea, cur potissimum illo loco, illo tempore, illo modo sit aggressus (qui et ipse diligentissime tractatur pro eodem locus) : *an etiamsi nulla ratione ductus est in deum raptus sit, et absque sententia (nam vulgo dicitur, Scelera non habere consilium)? an etiam consuetudine peccandi sit allectus?*

Excussa prima parte, *an voluerit?* sequitur, *an potuerit?* hic tractatur locus, tempus, ut furtum in loco cluso, frequenti; tempore vel diurno, quum testes plures; vel nocturno, quum major difficultas. Inspiciuntur utique difficultates, occasiones, quæ sunt plurimæ, ideoque exemplis non egent : hic sequens locus talis est, ut, *si fieri non potuit*, sublata lis sit; *si potuit*, sequatur questio, *an fecerit?* sed hæc etiam ad animi conjecturam pertinent : nam et ex

ce que fait Cicéron quand il décrit les escortes de Clodius et de Milon.

La question *s'il l'a fait* commence au second temps, c'est-à-dire au temps présent qui comprend les circonstances conjointes, telles que le *bruit*, les *cris*, les *gémissements*. Viennent ensuite les circonstances qui ont suivi, comme l'*action de se cacher*, les *frayeurs* et autres semblables. A cela on ajoute les signes, dont j'ai déjà traité. On tient compte aussi *des propos* et *des actes* qui ont précédé ou suivi; et ces propos et ces actes émanent de nous ou d'autrui. Les propos nous nuisent plus ou moins, c'est selon. S'ils sont de nous, ils nuisent plus et servent moins; s'ils sont des autres, ils servent plus et nuisent moins. Quant aux actes, s'ils ont un caractère louable, tantôt ils sont plus utiles à notre cause, venant de nous, tantôt ils le sont plus venant d'autrui, quand, par exemple, notre adversaire a fait quelque chose qui tourne à notre avantage; mais si ces actes sont mauvais, ils nuisent toujours plus à notre cause, venant de nous que venant d'autrui.

Il y a cette différence à remarquer dans les propos : ils sont ou clairs ou équivoques. Quand ils sont équivoques, qu'ils soient de nous ou des autres, ils sont moins susceptibles de nuire ou d'être utiles. Cependant ils nuisent souvent, quand ils sont de nous, comme dans cette controverse de l'école : *On demandait à un fils où était son père; Dans quelque lieu qu'il soit, il boit*, répondit-il; *on le trouva mort au fond d'un puits*. Ils ne peuvent

his colligitur, *an speraverit? ideo spectari debent et instrumenta, ut Clodii ac Milonis comitatus.*

Quæstio, *an fecerit*, incipit a secundo tempore, id est præsentî, ac deinde conjuncto; quorum sunt *sonus, clamor, gemitus*; insequentis *latitatio, metus*, similia : his accedunt signa, de quibus tractatum est : *verba etiam et facta*, quæque antecesserunt, quæque insecuta sunt; hæc aut nostra sunt, aut aliena. Sed verba nobis *magis* nocent, aut *minus* : magis nocent, et minus prosunt nostra, quam aliena ; magis prosunt, et minus nocent aliena, quam nostra : facta autem interim magis prosunt nostra, interim aliena ; ut, si quid, quod pro nobis sit, adversarius fecit : semper vero magis nocent nostra, quam aliena.

Est et illa in verbis differentia, quod aut aperta sunt, aut dubia : seu nostra, seu aliena sunt, infirmiora in utrumque sint necesse est dubia : tamen nostra sæpe nobis nocent, ut in illa controversia : *Interrogatus filius, ubi esset pater, dixit, Ubique est, bibit ; at ille in puteo mortuus est inventus*. Alienæ,

jamais nuire quand ils sont d'autrui et en termes ambigus, à moins que l'auteur n'en soit incertain ou qu'il n'existe plus : *On entendit la nuit une voix s'écrier : Prenez garde à la tyrannie? — Un homme se mourait du poison; quelqu'un lui demande qui l'avait empoisonné; Il ne vous est pas utile de le savoir*, répond-il. En effet, qu'on puisse interroger ceux qui ont parlé ainsi, et toute ambiguïté cessera. Enfin, nos paroles, nos actions ne se peuvent défendre que par l'intention, tandis que celles d'autrui se réfutent de bien des manières.

Je parais n'avoir traité que d'un genre spécial de causes conjecturales (celles du meurtre), et cependant il y a dans toutes quelque chose de ce que je viens de dire. Ainsi, dans les causes de *vol*, de *dépôt*, d'*argent prêté*, on argumente des possibilités; *si ce qu'on dit avoir déposé existait*; des personnes : *s'il est croyable que tel ait fait un dépôt à tel, ou lui ait prêté de l'argent; si le demandeur calomnie, ou si l'accusé est un effronté ou un voleur*. Il y a plus; dans les accusations de *vol* comme dans celles de *meurtre*, on fait des recherches et sur le fait et sur l'auteur. Dans celles de *dépôt* et d'*argent prêté*, il y a même deux autres questions, mais qui ne peuvent jamais être jointes : *L'argent a-t-il été déposé ou donné? le prêt ou le dépôt a-t-il été rendu?*

Les causes d'*adultère* ont cela de particulier, que le plus souvent elles compromettent deux personnes à la fois, et qu'il faut plaider pour l'une et l'autre; encore est-ce une question s'il con-

quæ sunt dubia, nunquam possunt nocere, nisi aut incerto auctore, aut mortuo : *nocte audita vox est, Cavete tyrannidem : et, Interrogatus, cujus veneno moreretur, respondit : Non expedit tibi scire : nam, si est, qui possit interrogari, solvet ambiguitatem. Quum autem dicta factaque nostra defendi solo animo possint, aliena varie refutantur.*

De uno quidem maxime genere conjecturalium controversiarum locuti videmur, et in omnes aliquid ex his cadit : nam *furti, depositi, creditæ pecuniæ*, et a *facultatibus* argumenta veniunt, *an fuerit, quod deponeretur? et a personis, an illum deposuisse apud hunc, vel huic credidisse credibile sit? an peritorem calumniari, an reum infitiatorem esse, vel furem?* Sed etiam, in *furti reo*, sicut in *cædis*, quæritur de facto et de auctore : *crediti et depositi* duæ questiones, sed nunquam junctæ, *an datum sit? an redditum?*

Habent aliquid proprii *adulterii* causæ, quod plerumque duorum discrimen est, et de utriusque vita dicendum : quamquam et id quæritur, *an utrunque*

vient de les défendre toutes deux; à cet égard, nous prendrons conseil de la cause même; car si l'une des parties peut être favorable à l'autre, nous joindrons les défenses; si elle peut lui nuire, nous les séparerons. J'ai eu raison de dire que le crime d'adultère *compromettait le plus souvent* deux personnes, mais *non pas toujours*, puisqu'il peut arriver que la femme soit seule accusée d'adultère, et que son complice soit ignoré. *On a trouvé chez elle des présents, une somme d'argent; qui les y a apportés? des lettres, à qui étaient-elles adressées?* Il en est de même pour les accusations de faux; il peut y avoir plusieurs coupables, il peut n'y en avoir qu'un. Celui qui a écrit la pièce doit nécessairement garantir la signature; celui qui n'a fait que la signer ne peut pas toujours garantir l'écriture, car on peut l'avoir trompé. Mais celui qui est reconnu avoir fait faire l'un et l'autre doit défendre à la fois et l'écriture et la signature. On tire ses arguments des mêmes sources, dans ces causes de déclamation où l'on plaide pour un homme accusé d'avoir *trahi, où d'avoir affecté la tyrannie*. Mais comme aux écoles, on applique au profit de sa cause tout ce qui n'est pas dans la matière, cette habitude peut nuire à ceux qui se destinent au barreau. Par exemple : *vous m'accusez d'adultère; où sont vos témoins, où sont vos preuves?* de trahison; *quel prix en ai-je reçu? quels sont mes complices?* d'empoisonnement; *où ai-je acheté le poison? de qui? quand? combien? par qui l'ai-je fait donner? d'avoir affecté la tyrannie; où sont mes armes? où*

pariter defendi oporteat? ejus rei consilium nascetur ex causa : nam, si adjuvabit pars altera, conjungam; si nocebit, separabo. Ne quis autem mihi putet temere exidisse, quod plerumque duorum crimen esse adulterium, non semper, dixerim : potest accusari sola mulier incerti adulterii : Muncra domi inventa sunt; pecunia, ejus auctor non exstat; codicilli, dubium ad quem scripti. In falso quoque ratio similis; aut enim plures in culpam vocantur, aut unus : et scriptor quidem semper tueri signatorem necesse habet, signator scriptorem non semper : nam et decipi potuit : is autem, qui hos adhibuisse, et cui id factum dicitur, et scriptorem et signatores defendet : iidem argumentorum loci in causis proditionis, et affectatæ tyrannidis. Verum illa scholarum consuetudo ituris in forum potest nocere, quod omnia, quæ in themate non sunt, pro nobis ducimus : adulterium objicis; quis testis? quis index? quod pretium? quis conscius? venenum; ubi emi? a quo? quando? quanti? per quem dedi? pro reo tyrannidis affectatæ; ubi sunt arma? quos contraxi satellites?

sont mes gardes? Je ne le nie pas, c'est peut être bon à dire et il faut s'en servir en faveur de la partie qu'on défend; car, au barreau, je presserai mon adversaire sur toutes ces circonstances, s'il est hors d'état de les prouver, mais, au barreau même, il faudra se méfier de cette facilité d'argumentation, car il n'est guère de cause où la plupart de ces points sur lesquels nous insistons si gratuitement, ne soient établis au procès. C'est par un semblable abus que quelques-uns se permettent, dans les péroraïsons, de donner à qui bon leur semble des enfants, des pères, des mères, des nourrices. Encore leur pardonnerai-je plutôt de s'attacher à des arguments imaginaires que de dire ce qui n'est pas.

La division que j'ai établie plus haut, *s'il l'a voulu, s'il l'a pu, s'il l'a fait*, en dit assez sur la manière de conjecturer, *l'intention*, car, lorsqu'on examine cette question, *l'a-t-il voulu?* c'est comme si l'on examinait celle-ci : *l'a-t-il fait?* c'est-à-dire *a-t-il voulu mal faire?*

L'ordre dans lequel on présente les faits donne aussi de la créance aux conjectures ou les discrédite, suivant que ces faits se concilient ou se repoussent; mais cela ne se peut bien saisir que dans la constitution même des causes. Au surplus, attachons-nous toujours à ajuster toutes les parties de manière qu'elles s'unissent bien entre elles.

Neque hæc nego esse dicenda, et ipsis utendum pro parte suscepta : nam et in foro, si quando adversarius probare non poterit, desiderabo; sed in foro tantam illam facilitatem olim desideravimus, ubi non fere causa agitur, ut non aliquid ex his, aut plura ponantur. Huic simile est, quod in epilogis quidam, quibus volunt, liberos, parentes, nutrices accommodant; nisi quod magis concesseris ea, quæ non sint posita, desiderare, quam dicere.

De animo quomodo quærat, satis dictum est, quum ita diviserimus, *an voluerit? an potuerit? an fecerit?* nam, qua via tractatur, *an voluerit*, eadem, *quo animo fecerit?* id enim est, *an male facere voluerit*. Ordo quoque rerum aut affert, aut detrahit *fidem*; multo scilicet magis, res prout congruunt, aut repugnant; sed hæc nisi in ipso complexu causarum non deprehenduntur: quærendum tamen semper, quid cuique connectatur, et quid consentiat.

CHAPITRE III

De la définition.

Après la conjecture vient la *définition*; car à qui ne peut pas dire : *Je n'ai rien fait*, l'excuse la plus prochaine est de dire : *Je n'ai pas fait ce dont on m'accuse*. Voilà pourquoi on procède ici le plus souvent comme dans la conjecture, sauf la différence dans le genre de défense; en effet, de même que nous disons par voie de conjecture, s'il s'agit de vol, de dépôt, d'adultère : *Je n'ai point commis ce vol, je n'ai point reçu ce dépôt, je ne suis point coupable de cet adultère*, ainsi nous pouvons dire par voie de définition : *Ce n'est pas là un vol; ce n'est pas là un dépôt; ce n'est pas là un adultère*. Quelquefois de la qualité on descend à la définition, comme dans les actions intentées pour *démence, mauvais traitements, offense envers l'État*. Dans ces sortes de causes, si l'on ne peut justifier les actes en eux-mêmes, on a la ressource de dire qu'ils ne constituent pas ce qu'on doit entendre par *démence, mauvais traitements, offense envers l'État*. La définition est donc l'énonciation propre, claire et précise de la chose en question. On y considère particulièrement, comme je l'ai déjà dit, le genre, l'espèce, les différences, les propriétés. Ainsi, pour me

CAPUT III

De finitione.

Sequitur conjecturam *finitio* : nam, qui non potest dicere nihil fecisse, proximum habebit, ut dicat, non id fecisse, quod obijciatur : itaque pluribus legibus iisdem, quibus conjectura, versatur, defensionis tantum genere mutato; ut in *furtis, depositis, adulteriis* : nam quemadmodum dicimus, *Non feci furtum, non accepi depositum, non commisi adulterium* : ita, *non est hoc furtum, non est hoc depositum, non est hoc adulterium*. Interim a qualitate ad finitionem descenditur, ut in actionibus *dementiæ, malæ tractationis, reipublicæ læsæ*; in quibus si recte facta esse, quæ obijciuntur, dici non potest, illud succurrit, *non est hoc dementem esse male tractare, rempublicam lædere* : finitio igitur est *rei propositæ propria, et dilucida, et breviter comprehensa verbis enunciatio*. Constat maxime, sicut est dictum, genere, specie, differen-

servir d'un exemple connu, si vous définissez le cheval, vous direz : le genre est *animal*, l'espèce *mortel*, la différence (car l'homme aussi est mortel) *privé de raison*, et la propriété *hennissant*.

La définition a lieu dans la plupart des causes; car, ou bien le nom est certain, mais on cherche à quelle chose il est applicable, ou bien la chose est manifeste, mais on n'est pas d'accord sur le nom. Quand le doute tombe sur la chose, quelquefois il se discute par conjecture. Par exemple, on demande *qu'est-ce que Dieu*? Celui qui nie *que Dieu soit un esprit répandu également dans toutes les parties de l'univers*, ne dit pas pour cela qu'il soit faux d'appeler sa nature une nature divine, témoin Épicure qui donne à Dieu une forme humaine et lui assigne une demeure dans les espaces placés entre les mondes. Or, dans ces deux systèmes, on se sert du même nom; mais des deux quel est celui qui convient à la chose? Voilà ce qui est conjectural.

Quelquefois c'est par la qualité qu'on arrive à la définition : *Qu'est-ce que la rhétorique? est-ce la force de persuader, ou la science de bien dire*? Ce genre est assez fréquent dans les causes judiciaires; car on y fait cette question, *si un homme surpris dans un mauvais lieu avec la femme d'autrui est adultère*. Ici, il ne s'agit pas de l'appellation du fait, mais de savoir si le cas où se trouve cet homme le constitue coupable; car, s'il l'est, ce ne peut être que d'adultère.

tibus, propriis : ut, si finias equum (noto enim maxime utar exemplo) genus est *animal*; species, *mortale*; differentia, *irrationalè* (nam et homo mortale erat): proprium, *hinniens*.

Hæc adhibetur orationi pluribus causis : nam tuum est certum de nomine, sed quæritur, quæ res ei subjienda sit; tum res est manifesta : et quod nomine constat, de re dubium est, interim conjectura est; ut, si quærat, *quid sit Deus*? Nam, qui id neget, *Deum esse spiritum omnibus partibus immixtum*, non hoc dicat, falsam esse divinæ illius naturæ appellationem? sicut Epicurus, qui humanam ei formam, locumque inter mundos dedit : nomine uterque uno utitur; utrum sit in re, conjectat.

Interim qualitas tractatur, ut *quid sit rhetorice, vis persuadendi, an bene dicendi scientia*? quod genus est in judiciis frequentissimum : sic enim quæritur, *an deprehensus in lupanari cum aliena uxor adulter sit*? quia non de appellatione, sed de vi facti ejus ambigitur, an omnino peccaverit; nam, si peccaverit, non potest esse aliud, quam adulter.

L'autre genre de définition, c'est quand on n'est pas d'accord sur le nom, ce qui dépend de l'interprétation d'une loi, et n'a lieu dans les tribunaux qu'à cause des termes qui donnent naissance au procès : *Celui qui se tue est-il homicide? Celui qui pousse un tyran à se donner la mort est-il tyrannicide? Les enchantements des magiciens sont-ils un empoisonnement?* Ici la chose est évidente, et l'on sait fort bien que se tuer soi-même ou en tuer un autre, tuer un tyran ou le porter à se tuer, fasciner par des enchantements ou empoisonner, sont des actes tout différents; cependant on demande si ces diverses actions ne doivent pas être appelées du même nom.

Cicéron, à l'exemple de beaucoup d'auteurs, avance que la *définition* ne s'exerce que sur les identités et les différences; car celui qui nie que tel nom convienne à telle chose doit nécessairement lui imposer un autre nom. Il m'en coûte d'avoir un sentiment qui n'est pas le sien, toutefois je pense que la définition comporte trois genres distincts. En effet, tantôt il s'agira de savoir *si le commerce qu'on a dans un mauvais lieu avec la femme d'autrui peut être qualifié d'adultère;* et si l'on soutient que non, il sera inutile de chercher une autre qualification, puisque, ce point nié, il n'y a plus de crime. Tantôt on recherchera si telle action constitue un *vol* ou un *sacrilège;* et comme il ne suffit pas de dire qu'il n'y a pas sacrilège, mais qu'il faut expliquer ce que c'est

Diversum est genus, quum controversia consistit in nomine, quod pendet ex scripto, nec versatur in judiciis, nisi propter verba, quæ litem faciunt : *an, qui se interficit, homicida sit? an, qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida? an carmina magorum, veneficium?* Res enim manifesta est, sciturque non idem esse occidere se, quod alium; non idem occidere tyrannum, quod compellere ad mortem; non idem carmina, ac mortiferam potionem; quæritur tamen, an eodem nomine appellanda sint.

Quamquam autem dissentire vix audeo a Cicerone, qui, multos secutus auctores, dicit, *fnitionem* esse de eodem, et de altero (semper enim neganti aliquod esse nomen, dicendum, quod sit potius); tamen eandem tres habeo velut species. Nam interim convenit sic quærere, *an habendum sit adulterum in lupanari?* quum hoc negamus, non necesse est dicere, quid id vocetur, quia totum crimen infitiamur : interim quæritur, *hoc furtum, an sacrilegium?* non, quin sufficiat, non esse sacrilegium, sed, quia necesse sit dicere, quid

qu'un simple vol, il faudra, par conséquent, une double définition. Tantôt, enfin, on agitera si deux actes d'espèce différente doivent être appelés de la même manière, lorsqu'ils ont chacun un nom qui les caractérise, comme un *philtre*, un *poison*.

Or, dans tous les procès de ce genre, comme le nom sur lequel on conteste est certain d'ailleurs dans les autres cas, on s'attache à cette question : *Est-il applicable au fait dont il s'agit?* C'est un sacrilège de dérober un objet sacré dans un temple. *En est-ce un que d'y dérober ce qui appartient à un particulier?* Le commerce qu'on a chez soi avec la femme d'autrui est un adultère. *En est-ce un aussi quand on la voit dans un mauvais lieu?* Tuer un tyran constitue le tyrannicide. *Peut-on appeler ainsi l'action de porter ce tyran à se tuer?* C'est pourquoi le syllogisme, dont je parlerai à son tour, se rapproche beaucoup, quoique avec moins de force, de la définition; car cette dernière détermine si telle chose doit recevoir le même nom que telle autre, et le syllogisme, si telle chose doit être considérée comme telle autre.

Il y a, suivant quelques personnes, une telle diversité dans les définitions, qu'on se demande si la même chose peut être définie dans des termes différents. Ainsi la rhétorique est, selon les uns, *la science de bien dire*; selon les autres, *l'art de bien inventer*; elle consiste, dit celui-ci, à bien s'énoncer et à posséder toutes les qualités du discours; son objet, dit celui-là, est de parler convenablement de tout. Mais qu'importe, si en différant dans l'expression,

sit aliud : quo in loco utrumque finiendum est. Interim quæritur in rebus specie diversis, an et hoc eodem modo sit appellandum, quum res utraque habeat suum nomen? *amatorium, venenum.*

In omnibus autem hujus generis litibus quæritur, *an etiam hoc?* quia nomen, de quo ambigitur, utique in alia re certum est. *Sacrilegium est, rem sacrum de templo surripere; num et privatam? Adulterum, cum alieni uxore domi coire; an et in lupanari? Tyrannicidium, occidere tyrannum; an etiam in mortem compellere?* Ideoque συλλογισμός, de quo postea dicam, velut infirmior est finitio, quia in hac quæritur, an idem sit hujus rei nomen, quod alterius? illo, an perinde habenda sit hæc, atque illa.

Est et talis finitionum diversitas, ut quidam sentiunt, num idem diversis comprehendatur : ut *rhetoricæ, bene dicendi scientia*, et eadem, *bene inveniendi, et bene enunciandi et dicendi secundum virtutem orationis*, et *dicendi, quod sit*

on a soin d'être d'accord sur le sens? Au surplus, laissons aux philosophes une dispute qui est sans intérêt pour le barreau.

Quelquefois on a besoin de recourir à la définition pour des termes obscurs et peu connus; tels sont les mots *clarigatio*, *proletarius*; quelquefois c'est pour des termes dont le nom est familier, comme *penus*, *litus*. C'est à cause de cette variété que quelques-uns on rapporté la définition à la conjecture, quelques-uns à la qualité, quelques autres aux questions légales. Il en est même qui ont tout à fait rejeté cette manière trop sèche de définir, qui semble empruntée aux formes dialectiques, comme étant beaucoup plus propre à chicaner et à ergoter sur des mots, dans la dispute, qu'à figurer avec avantage parmi les devoirs de l'orateur. En effet, quoique dans les discussions philosophiques la définition soit d'une telle force, qu'elle oblige celui qui doit répondre, en le tenant pour ainsi dire dans ses serres, ou à garder le silence, ou à conclure malgré lui contre lui-même, cependant il faut convenir que son utilité n'est pas la même dans les plaidoyers où il s'agit avant tout de persuader le juge : or, vous aurez beau l'enlacer dans vos définitions, si au fond la chose lui répugne, il ne se rendra pas et vous contredira intérieurement.

Après tout, où est la nécessité, pour celui qui plaide, de s'astreindre à une précision logique? est-ce qu'au lieu de dire : *L'homme est un animal mortel, raisonnable*, je ne pourrai pas,

officii : atque providendum, ut, si sensu non pugnans, comprehensione dissentiant; sed de his disputatur, non litigatur.

Opus est aliquando finitione obscurioribus et ignotioribus verbis, ut, quid sit *clarigatio*, *proletarius* : erit et interim notis nomine verbis, ut, *quid sit penus*, *quid litus* : quæ varietas efficit, ut eam quidam conjecturæ, *quidam qualitati*, *quidam* legitimis quæstionibus subjecerint. Quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis hæc, et ad morem dialecticorum formata conclusio, ut in disputationibus potius per argumenta verborum cavillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti : licet enim valeat in sermone tantum, ut constrictum vinculis suis eum, qui responsurus est, vel tacere, vel etiam invitum id, quod sit contra, cogat fateri; non eadem est tamen ejus in causis utilitas. Persuadendum enim judici est, qui, etiamsi verbis devinctus est, tamen, nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet.

Agenti vero quæ tanta est hujus præcisæ comprehensionis necessitas? An, si non dixerò, *Homo est animal mortale rationale*, non potero, expositis tot cor-

en développant cette proposition et en exposant toutes les propriétés de son corps et de son âme, montrer en quoi il diffère des dieux et des animaux? D'ailleurs il est plus d'une manière de définir la même chose. Tantôt, comme fait Cicéron dans cette accumulation qu'il termine par ces mots : *que signifie partout, en tout lieu, sinon, tout le monde indistinctement?* Tantôt, comme l'ont fait la plupart des orateurs, avec liberté, abondance et variété; car rarement trouvera-t-on chez eux cette allure servile qui se contracte dans le commerce des philosophes. N'est-ce pas, en effet, une véritable servilité, que de s'attacher scrupuleusement comme eux à des mots? Aussi Cicéron le défend-il, par la bouche de M. Antoine, dans ses livres *de l'Orateur*. Ajoutez qu'il y a ce danger, que si vous vous trompez sur un seul mot, toute la cause semble perdue. Le plus sûr est de tenir le milieu, et d'expliquer les choses sans que les termes périssent, comme en use Cicéron dans le discours *pour Cecina* : — *Non, juges, il n'y a pas que cette violence brutale qui assiège nos corps et va jusqu'à nous arracher la vie, il en est une autre plus coupable encore : c'est celle qui, en nous entourant des dangers de la mort, trouble notre âme par des frayeurs continuelles, la jette hors d'elle-même et la bouleverse.* C'est aussi un bon moyen de faire précéder la définition de la preuve. Cicéron, dans ses *Philippiques*, voulant prouver que Servius Sulpicius a été tué par Antoine, finit par ce raisonnement : *Certes, c'est bien avoir ôté la vie à un homme que d'être cause de*

pōris animique proprietatibus, latius oratione ducta, vel a diis eum, vel a mutis discernere? Quid? quod nec uno modo definitur res eadem, ut facit Cicero : *quid enim vulgo? universos, et latiore varioque tractatu, ut omnes oratores plerumque fecerunt : rarissima enim apud eos reperietur illa ex consuetudine philosophorum ducta servitus est enim certe servitus, ad certa se verba astringendi : idque faciendum, in libris Ciceronis de Oratore vetat M. Antonius : nam est etiam periculosum, quum, si uno verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur ; optimaque est illa media via, qua utitur Cicero pro Cæcina, ut res proponatur, verba non periclitentur : Etenim, recuperatores, non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum vitamque pervenit, sed etiam multo major ea, quæ, periculo mortis injecto, formidine animum perterritum loco sæpe et certo statu demovet.* Aut, quum finitionem præcedit probatio, ut in *Philippicis* Cicero Servium Sulpicium occisum ab Antonio colligit, et in clausula demum ita finit, *Is enim profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit*

sa mort. J'avouerai cependant que cela n'est bon à faire que si l'intérêt de la cause le réclame, et qu'une définition exacte, renfermée dans peu de mots, en est d'autant plus élégante et d'autant plus forte, pourvu toutefois qu'elle soit inattaquable.

La définition doit s'attacher à ces deux points : d'abord, *qu'est-ce que tel crime?* ensuite, *le fait en question constitue-t-il le crime?* Et ce qui est le plus difficile n'est pas d'appliquer sa définition à l'objet en litige, mais de la confirmer. Sur ce point, *qu'est-ce que tel crime?* on a une double tâche : c'est de prouver sa définition et de détruire celle de sa partie adverse. Voilà pourquoi dans les écoles, où l'on est maître de se créer des répliques, on doit, de part et d'autre, poser les meilleures définitions possibles; mais, au barreau, il faut prendre garde que la définition ne soit purement oiseuse ou sans aucun rapport avec la cause, qu'elle ne soit ou ambiguë ou contradictoire, ou commune à plusieurs objets, défauts où un avocat ne tombe jamais que par sa faute.

Or, pour bien définir, il faut au préalable avoir arrêté dans son esprit ce qu'on a dessein de faire; car c'est le seul moyen de plier les mots à notre pensée. Servons-nous, pour rendre cela plus sensible, d'un exemple que j'ai déjà rapporté. *Un homme est accusé de sacrilège pour avoir dérobé dans un temple l'argent d'un particulier.* Le fait est incontestable; il s'agit seulement de savoir si le nom qui est dans la loi lui est applicable. On examine donc si

non negaverim tamen hæc quoque, ut expediet causæ, esse facienda, et, si quando firma comprehendi poterit, et brevi complexu verborum finitio, esse id tum elegans, tum etiam fortissimum, si modo erit illa inexpugnabilis.

Ejus certus ordo est, *quid sit? an hoc sit?* et in hoc fere labor major est, ut finitionem confirmes, quam ut in rem finitionem applies : in eo, *quid sit?* duplex opus est : nam et nostra confirmanda est, et adversæ partis destruenda finitio. Ideoque in schola, ubi nobis ipsi fingimus contradictionem, duos ponere debemus fines, quales utrinque esse optimi poterunt : at in foro providendum, *num forte supervacua, et nihil ad causam pertinens, an ambigua, an contraria, an commnis sit finitio?* quorum nihil accideret, nisi agentis culpa, potest.

Ut recte autem finiamus, ita fiet, si prius in animo constituerimus, quid velimus efficere : sic enim accommodari ad voluntatem verba poterunt : atque ut a notissimo exemplo, quo sit res lucidior, non recedamus : *Qui privatam pecuniam de templo surripuit, sacrilegii reus est.* Culpa manifesta; quæstio est, an huic crimini nomen, quod est in lege, conveniat : ergo ambigitur, *an hoc*

c'est là un sacrilège. L'accusateur l'appelle de ce nom, parce que l'argent a été dérobé *dans un temple*; l'accusé, en convenant que c'est un larcin, nie que ce soit un sacrilège, parce que c'est *l'argent d'un particulier*. Le premier définira donc le sacrilège, *l'action de dérober dans un temple*; le second le définira, *l'action de dérober quelque chose de sacré*; et chacun combattra la définition de son adversaire.

Une définition est fautive ou incomplète : voilà les deux écueils où elle vient se briser; il y en a bien un troisième, quand elle n'a aucun rapport avec la question; mais qui peut s'y exposer à moins d'avoir perdu le sens? Elle sera *fautive*, si vous dites : Le cheval est un animal *raisonnable*, car le cheval est bien un animal, mais il n'est pas raisonnable; or, ce qui est *commun* cesse d'être *propre*. Et, dans l'exemple cité, l'accusé soutiendra que la définition de l'accusateur est fautive, et l'accusateur, sans pouvoir en dire autant de celle de l'accusé, puisqu'il est certain que c'est un *sacrilege de dérober quelque chose de sacré*, la soutiendra incomplète, car il faut ajouter *ou dans un temple*.

C'est surtout des *propriétés* et des *différences* que l'on fait usage pour confirmer une définition ou pour la réfuter : quelquefois aussi on a recours à l'étymologie; mais tout cela se corrobore par des considérations tirées de l'équité ou de l'intention qu'on apprécie à l'aide de la conjecture. L'emploi de l'étymologie est surtout rare. En voici pourtant un exemple que je trouve dans les

sacrilegium sit? accusator, quia de templo surrepta sit pecunia, utitur hoc nomine : reus, quia privatam surripuerit, negat esse sacrilegium, sed furtum. fatetur : actor ergo ita finiet, sacrilegium est surripere aliquid de sacro : reus ita finiet, sacrilegium est surripere aliquid sacri : uterque finitionem alterius impugnat.

Ea duobus generibus evertitur, si aut falsa est, aut parum plena : nam illud tertium, nisi stultis, non accidit, ut nihil ad quæstionem pertineat. Falsa est, si dicas, *equus est animal rationale* : nam est equus animal, sed irrationale; quod autem commune cum alio est, desinet esse proprium; hic reus falsam dicit esse finitionem accusatoris : accusator autem non potest dicere falsam rei; nam est *sacrilegium, surripere aliquid sacri* : dicit parum plenam; adjiciendum enim, *aut ex sacro*.

Maximus autem usus, in approbando refellendoque sine, *propriorum* ac *differentium*, nonnunquam etiam *etymologiæ* : quæ tamen omnia, sicut in ceteris, confirmat æquitas, nonnunquam etiam conjectura mentis. *Etymologia* maxime

Philippiques : Qu'est-ce que le *tumulte*? sinon une perturbation telle, qu'elle fait naître la plus grande frayeur, *timor*, d'où est venu le nom *tumultus*.

A l'égard des *propriétés* et des *différences*, elles admettent des distinctions très-subtiles. Ainsi on demande si le débiteur que la loi oblige à servir son créancier, jusqu'à ce qu'il soit quitte envers lui, est un esclave. Il n'y a d'esclave, dira l'un, que celui qui est de droit en servitude : on est esclave, dira l'autre, quand on est dans la servitude, en vertu de cette loi même qui vous y a mis, ou, comme disaient les anciens, quand on fait le service d'esclave, ce qu'ils appelaient *servitutum servire*. Cette définition, quoiqu'elle roule toute sur le droit, serait cependant vaine si on ne l'envisageait sous le rapport des *propriétés* et des *différences*; car l'adversaire soutiendra que l'homme en question fait le service d'esclave, et qu'il est tel par le fait de la loi même qui l'a mis en servitude.

Voyons donc les propriétés et les différences dont j'ai touché quelque chose en passant, dans le cinquième livre. Un esclave à qui son maître rend la liberté devient... quoi? *affranchi*; tandis qu'un débiteur réduit à l'esclavage et qui recouvre la sienne reprend sa condition d'homme libre; un esclave ne peut cesser de l'être que par la volonté de son maître; car il n'a pas de droits civils; un débiteur qui a satisfait son créancier est affranchi par la loi même. Ce qui est propre à tout homme libre, c'est ce qu'on ne peut avoir si l'on n'est libre, comme le prénom, le nom, le surnom, la tribu; un débiteur qui sert, a tout cela. Ainsi, lors-

rara est : quid enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus.

Circa propria ac differentia magna subtilitas : ut, quum quæritur, an addictus, quem lex servire, donec solverit, jubet, servus sit? altera pars finit ita, Servus est, qui est jure in servitute : altera, qui in servitute est eo jure, quo servus ; aut, ut antiqui dixerunt, qui servitutum servit : quæ finitio, etiam si distat aliquo, nisi tamen propriis et differentibus adjuvetur, inanis est. Dicit enim adversarius, servire eum servitutum, aut eo jure, quo servum.

Videamus ergo propria et differentia, quæ libro quinto leviter in transitu attigeram : servus, quum manumittitur, libertinus ; addictus, recepta libertate, ingenuus ; servus invito domino non consequetur ; ad servum nulla pertinet ; addictus legem habet : propria liberi, quæ nemo habet, nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum : habet hæc addictus. Excuso quid sit? prope per-

qu'on a bien approfondi la question : *Qu'est-ce qu'être esclave?* on a presque résolu cette autre : *Un débiteur livré à ses créanciers est-il un esclave?* car nous avons soin de faire en sorte que notre définition soit le plus possible applicable à notre cause.

Or, la *qualité* est fort importante dans les définitions, comme lorsqu'il s'agit, par exemple, d'établir *si l'amour n'est pas une démente?* car c'est à la qualité que se rapporteront les preuves que Cicéron dit être propres à la définition, et qui se tirent des *antécédents, des conséquents, des adjoints, des contraires, des causes, des effets, des semblables*, tous arguments dont j'ai déjà expliqué la nature. Cet orateur, dans le discours *pour Cécina*, a employé sommairement une grande partie de ces arguments : *Pourquoi fuyaient-ils donc? Parce qu'ils craignaient. Que craignaient-ils? La violence apparemment. Pouvez-vous donc nier le principe quand vous accordez les conséquences?* Il s'est aussi servi de la similitude : *Quoi! ce qu'on appelle violence, même en temps de guerre, ne s'appellera plus du même nom dans un temps de calme et de tranquillité?* Enfin on argumente des contraires, comme dans cette question : *Un philtre doit-il ou ne doit-il pas être considéré comme poison?* puisqu'en effet un poison n'est pas un philtre.

Revenons aux définitions incomplètes, et, afin d'en donner une idée exacte à la jeunesse dont l'avancement m'occupe toujours, prenons un exemple dans une controverse de l'école. Des *jeunes*

acta est quæstio, an hoc sit? Id enim agimus, ut sit causæ nostræ conveniens finitio.

Potentissima autem est in ea qualitas : *an amor insania?* Huc pertinebunt probationes, quas Cicero dicit proprias esse finitionis, *ex antecedentibus, consequentibus, adjunctis, repugnantibus, causis, effectis, similibus* : de quorum argumentorum natura dictum est. Breviter autem pro Cæcina Cicero *initia, causas, effecta, antecedentia, consequentia* complexus est : *quid igitur fugiebant? propter metum : quid metuebant? vim videlicet . potestis igitur principia negare, quum extrema concedatis?* sed similitudine quoque usus est, *quæ vis in bello appellatur, ea in otio non appellabitur?* Sed etiam ex contrario argumenta ducuntur, ut, si quæretur, *an amatorium venenum sit, necne? quia venenum amatorium non sit.*

Illud alterum genus quo sit manifestius adolescentibus meis, meos enim semper adolescentes putabo, hic quoque fictæ controversiæ utar exemplo. *Juvenes,*

gens qui vivaient habituellement ensemble, avaient pris jour pour souper sur les bords de la mer. L'un d'eux ne s'y étant pas trouvé, ses camarades firent la plaisanterie de lui élever un tombeau, avec une épitaphe. Le père de ce jeune homme, au retour d'une navigation, aborde dans ce lieu même, lit le nom de son fils sur une tombe et se pend de désespoir. On accuse les jeunes gens de sa mort. Voici comme raisonnera l'accusateur : L'auteur du fait par lequel un homme a péri, est évidemment la cause de sa mort. Non, diront les accusés, mais bien celui qui sciemment a fait une chose qui devait entraîner la mort de cet homme. L'accusateur abandonnera sa définition et se bornera à dire : C'est vous qui avez causé la mort de cet homme; car c'est par suite de ce que vous avez fait qu'il a péri, puisque sans cela il vivrait encore. A quoi l'on répondra : S'il était vrai qu'on dût condamner indistinctement celui par qui un autre a péri, que deviendraient, après un procès criminel, l'accusateur, le témoin et le juge? Il n'est pas plus vrai qu'une action soit criminelle, quel qu'en ait été le principe. Vous invitez un ami qui est au delà des mers à venir vous voir, il périt dans un naufrage; vous en priez un autre à souper, il se donne une indigestion et meurt. Que peut-on vous reprocher dans ces deux cas? D'ailleurs, la plaisanterie des jeunes gens n'a pas seule causé la mort en question; la crédulité du vieillard, sa faiblesse à lutter contre la douleur y ont beaucoup contribué; s'il eût été plus ferme ou plus sage, il vivrait. Ensuite ces jeunes gens

qui convivere solebant, constituerunt, ut in litore cœnarent : unius, qui cœnæ defuerat, nomen tumulo, quem extruxerant, inscripserunt : pater ejus, a transmarina peregrinatione quum ad litus idem appulisset, lecto nomine suspendit se. Dicuntur hi causa mortis fuisse : hic finitio est accusatoris, per quem factum est, ut quis perierit, causa mortis est : rei est, qui fecit quid sciens, per quod perire homini necesse esset : remota finitione, accusatori sat est dicere, causa mortis fuistis ; per vos enim factum est, ut homo periret : quia, nisi vos illud fecissetis, viveret. Contra, non statim, per quem factum est, ut quis periret, is damnari debet, ut accusator, testis, judex rei capitalis : nec, undecumque causa fluxit, ibi culpa est : ut, si cui quis profectionem suaserit, aut amicum arcessierit trans mare, et is naufragio perierit ; ad cœnam invitarit, et is cruditate illic contracta decesserit. Nec fuerit in causa mortis solum adolescentium factum, sed credulitas senis, in dolore ferendo infirmitas ; denique, si fortior fuisset, aut

n'avaient pas eu de mauvaise intention, et le père aurait dû juger, au lieu où se trouvait ce simulacre de tombe, et à un ouvrage qui décelait la précipitation, que ce n'était point là un véritable tombeau. De quel droit enfin punirait-on, sur de simples apparences d'homicide, des hommes qui sont évidemment innocents?

Quelquefois la définition est juste, et les deux parties le reconnaissent; telle est celle-ci de Cicéron : *La majesté réside dans l'empire et dans la dignité de tout le peuple romain*; mais il peut s'élever une question, comme cela s'est vu dans la cause de Cornélius, pour savoir s'il a été porté atteinte à cette majesté, et cette question semble appartenir à l'état définitif. Cependant, comme ici la définition n'est pas contestée, le point à juger tombe plutôt sur la qualité et doit être ramené à ce dernier état; je vais donc m'en occuper à son tour, puisqu'aussi bien le hasard m'a fait en parler.

CHAPITRE IV

De la qualité.

La qualité, prise dans un sens abstrait, admet plus d'une combinaison, car tantôt elle recherche quelle est la nature d'une chose et sa forme : *L'âme est-elle immortelle? Dieu est-il revêtu d'un corps humain?* Tantôt elle s'occupe de la grandeur et du

prudencior, viveret : nec mala mente fecerunt ; et ille potuit vel ex loco tumuli, vel ex opere tumultuario suspicari, non esse monumentum : qui ergo puniri debent, in quibus omnia sunt homicidæ, præter malum?

Est interim certa finitio, de qua inter utramque partem convenit : ut Cicero dicit, *Majestas est in imperio, atque in omni populi romani dignitate*. Quæritur tamen, *an majestas minuta sit?* ut in causa Cornelli quæsitum est : sed etiam similis videri potest finitivæ : tamen, quia de finitione non ambigitur, judicatio est qualitatis, atque ad eum potius statum reducenda, ad cujus forte quædam venimus mentionem; sed erat ordine proximus locus.

CAPUT IV

De qualitate.

Est autem qualitas alia de summo genere, atque ea quidem non simplex : nam, et qualis sit cujusque rei natura, et quæ forma, quæritur : *an immortalis anima? an humana specie Deus?* et de magnitudine ac numero, *quantus*

nombre : *Quelle est la dimension du soleil? N'y a-t-il qu'un seul monde?* toutes questions qui se traitent, il est vrai, par conjecture, mais qui cependant ont pour objet de déterminer *la qualité*.

C'est surtout dans les matières délibératives que s'agitent ces questions de qualité. César délibère *s'il fera une expédition en Angleterre* : c'est le cas d'examiner *quelle est la nature de l'Océan? si l'Angleterre est une île?* ce qu'on ignorait alors; *quelle est son étendue? avec quelles forces il faut l'attaquer?* C'est aussi à la qualité que se rapportent ces considérations sur ce qu'on doit faire ou ne pas faire, rechercher ou fuir; et, quoique cela soit particulièrement de l'essence des délibérations, on ne laisse pas que d'en faire usage aussi dans les controverses du barreau, à cela près qu'ici il s'agit du passé, et là de l'avenir. Quant au genre démonstratif, il relève entièrement de la qualité, puisqu'on n'a pas à rechercher si le fait est, mais *quel il est*.

Pour en revenir aux matières judiciaires, tout procès a en vue soit une récompense, soit un châtement, soit la mesure de l'une ou de l'autre; ce qui donne lieu à un premier genre de cause, ou *simple*, ou *comparatif*. Simple, on discute seulement ce qui est juste; comparatif, on examine ce qui est plus juste, ou ce qui est le plus juste.

S'il s'agit de châtement, que doit faire l'accusé? ou justifier le fait incriminé, ou l'atténuer, ou l'excuser, ou bien encore, comme le veulent quelques-uns, recourir aux supplications. Soutenir que

sol? an unus mundus? quæ omnia conjectura quidem colliguntur, quæstionem tamen habent in eo, qualia sint?

Hæc et in suasoriis tractari solent, ut, si Cæsar deliberet, *an Britanniam impugnet, quæ sit Oceani natura? an Britannia insula? nam tum ignorabatur; quanta in ea terra? quo numero militum aggredienda?* In consilium ferendum sit : eidem qualitati succedunt facienda, ac non facienda; appetenda, vitanda : quæ in suasorias quidem maxime cadunt, sed in controversiis quoque sunt frequentia : hac sola differentia, quod illic de futuris, hic de factis agitur. Item demonstrativæ partis omnia sunt in hoc statu : factum esse constat; quale sit factum, quæritur.

Lis est omnis aut de *pæmio*, aut de *pœna*, aut de *quantitate* : igitur primum genus causæ, aut *simplex*, aut *comparativum* : illic, quid æquum; hic, quid æquius, aut quid æquissimum sit, excutitur.

Quum de *pœna* judicium est, a parte ejus, qui causam dicit, aut *defensio est criminis*, aut *immunitio*, aut *excusatio*, aut, ut quidam putant, *deprecatio* :

ce qu'on nous reproche n'a rien que d'honnête est sans doute la meilleure des justifications. *Un père renonce son fils qui, au mépris de sa volonté, s'est fait soldat, a brigué une charge, s'est marié*; nous disons qu'il a eu raison d'agir ainsi : c'est ce genre de défense que l'école d'Hermagore appelle d'un nom que je ne trouve pas littéralement traduit en latin ($\kappa\alpha\tau'$ ἀντιδικψιν), mais qui, pour le sens, peut se rendre par *défense absolue*. En effet, il n'est question que du fait en lui-même : est-il juste ou ne l'est-il pas ? On appelle juste tout ce qui est fondé sur la *nature* ou sur l'*usage* : la nature, c'est ce qui est conforme à la dignité morale des choses : telles sont la pitié, la bonne foi, la continence, etc. *Rendre la pareille* est aussi considéré comme étant dans la nature, mais ici il faut prendre garde. Il est bien vrai : la violence opposée à la violence, et en général les lois du *talion* n'ont rien d'injuste envers celui qui a été l'agresseur; mais de ce que le traitement a été égal de part et d'autre, il ne s'ensuit pas que les premiers actes aient été justes. Il n'y a exacte parité que là où il y a eu même loi, même condition. Je ne sais donc si l'on peut appeler *pareilles* des actions qui ne se ressemblent pas de tout point. L'usage, c'est ce qui est passé en loi, en coutume, ce qui repose sur des jugements, sur des conventions.

L'autre genre de défense se prend, non dans le fait, s'il n'est pas justiciable par lui-même, mais dans des circonstances extérieures; c'est ce que les Grecs désignent sous le nom de $\kappa\alpha\tau'$ ἀντιθέσειν, que nous ne traduisons pas non plus mot à mot, mais que

defensio longe potentissima est, quia ipsum factum, quod objicitur, dicimus honestum esse : abdicatur aliquis, quod invito patre militavit, honores petierit, uxorem duxerit : tuemur, quod fecimus : partem hanc vocant Hermagorei $\kappa\alpha\tau'$ ἀντιδικψιν, ad intellectum id nomen referentes : latine ad verbum translata non invenio ; absoluta appellatur : sed enim de re sola quæstio, justa sit ea, necne ? Justum omne continetur natura, vel constitutione : natura, quod secundum cujusque rei dignitatem. Hic sunt pietas, fides, continentia, et talia : adjiciunt et id, quod sit par : verum id non temere intuendum est ; nam et vis contra vim, et talio nihil habent adversus eum, qui prior fecit, injusti ; et non, quoniam res pares sunt, etiam id est justum, quod antecessit : illa utrinque justa, eadem lex, eadem conditio : ac forsitan ne sint quidem paria, quæ ulla parte sunt dissimilia : constitutio est in lege, more, judicato, pacto.

Alterum est defensionis genus, in quo factum per se improbable assumptis extrinsecus auxiliis tuemur : id vocant $\kappa\alpha\tau'$ ἀντιθέσειν . latine hoc quoque non

nous appelons *cause assumptive*. En ce genre, ce qu'il y a de plus efficace, c'est de justifier un crime par les motifs qu'on a eus de le commettre, comme font Oreste, Horace, Milon, et c'est là proprement une récrimination, ἀντέγκλημα; puisqu'on ne se défend qu'en accusant sa victime : *Je l'ai tué, mais c'était un brigand. Je l'ai réduit à l'état d'eunuque, mais c'était un ravisseur.*

Il y a une autre défense qu'on déduit aussi des motifs, ce qui n'est ni semblable à la première où l'on justifie le fait en lui-même, comme dans la *défense absolue*, ni semblable à la récrimination dont je viens de parler; mais où l'on se fonde sur quelque considération de bien public, sur l'avantage d'un grand nombre de personnes, sur celui de son adversaire même, et quelquefois sur le sien propre, pourvu qu'il s'agisse de choses où l'intérêt personnel puisse être invoqué : ce qui ne saurait jamais être d'un grand poids à l'égard d'un étranger qui vous poursuit légalement, mais peut trouver sa place dans des contestations de famille. Par exemple, un père abandonne ses enfants, un mari est accusé de maltraiter sa femme, un fils plaide contre son père pour cause de démence : dans tous ces sujets de controverse, chacun peut, sans rougir, mettre en avant l'intérêt qu'il a d'agir ainsi. Remarquons-le pourtant : on est toujours plus favorablement admis à faire valoir des maux qu'on veut éviter que des avantages qu'on veut acquérir.

Il n'est pas rare que de pareilles questions se traitent dans des

ad verbum transferunt : *assumptiva*. enim dicitur *causa*. In quo genere fortissimum est, si crimen causa facti tuemur, qualis est defensio Orestis, Horatii, Milonis : ἀντέγκλημα dicitur, quia omnis nostra defensio constat ejus accusatione, qui vindicator : *occisus est, sed latro; exsectus, sed raptor.*

Est et illa ex causis facti ducta defensio, priori contraria, in qua neque factum ipsum per se, ut in absoluta quæstione, defenditur; neque ex contrario facto; sed ex aliqua utilitate aut reipublicæ, aut hominum multorum, aut etiam ipsius adversarii, nonnunquam et nostra, si modo id erit, quod facere nostra causa fas sit : quod sub extraneo accusatore, et legibus agente prodesse nunquam potest, in domesticis disceptationibus potest : nam et filiis pater in judicio abdicationis, et maritus uxori, si malæ tractationis accusabitur, et patri filius, si dementiæ causa erit, non inverecunde dicet, multum sua interfuisse : in quo tamen incommoda vitantis melior, quam commoda petentis, est causa.

Quibus similia etiam in vera rerum quæstione tractantur : nam, quæ in

discussions sérieuses ; car les arguments qu'on fait dans les écoles pour les enfants *abandonnés*, on les fait au barreau pour ceux qui sont *déshérités*, et qui réclament leurs biens auprès des centumvirs ; ce qui s'applique là *aux mauvais traitements*, ici s'applique à la *dot*, lorsqu'on examine qui du mari ou de la femme est cause du divorce ; enfin, là, on accuse son père de *démence* ; ici, on demande qu'il lui soit *nommé un curateur*.

C'est encore une défense qui rentre dans la question d'utilité, si l'on soutient que ce que l'on a fait a empêché un plus grand mal ; car dans la comparaison de deux maux le moindre devient un bien : comme si par exemple *Mancinus justifiait le traité fait avec Numance, en disant que, faute de ce traité, toute l'armée romaine aurait péri*. C'est ce que les Grecs appellent *ἀντίστασις*, et que nous nommons genre de comparaison. Voilà tout ce qui concerne la défense du fait.

Mais, s'il ne peut ni se défendre par lui-même ni se justifier par des motifs, on a encore le remède, si cela se peut, d'en attribuer la cause à autrui : aussi la *translation* a-t-elle paru devoir être comptée parmi les autres états de causes. Tantôt donc on rejette la faute sur un homme, comme *si Gracchus accusé pour le traité de Numance, ce qui fut cause, dit-on, qu'il se montra si favorable au peuple pendant son tribunat, eût dit qu'il n'avait fait qu'obéir à son général* ; tantôt on s'en prend à la chose même, comme *si un héritier ou légataire à qui le testateur aurait prescrit telle*

scholis abdicatorum, hæc in foro exhædatorum a parentibus, et bona apud centumviros repententium ratio est : quæ illic malæ tractationis, hic rei uxoriæ, quum quæritur, utrius culpa divortium factum sit? quæ illic dementiæ hic petendi curatoris.

Subjacet utilitati etiam illa defensio, si pejus aliquid futurum fuit : nam in comparatione malorum, boni locum obtinet levius ; ut, *si Mancinus sædus numantinum sic defendat, quod periturus, nisi id factum esset, fuerit exercitus romanus* : hoc genus *ἀντίστασις*, græce nominatur, *comparativum* nostri vocant. Hæc circa defensionem facti.

Quæ si neque per se ipsam, neque adhibitis auxiliis dabitur, proximum est, in alium *transferre crimen*, si possumus : ideoque etiam in hos, qui jam scripti sunt, status visa est cadere *translatio* ; interdum ergo culpa in hominem relegatur : ut, *si Gracchus, reus fœderis numantini, cujus metu leges populares tulisse in tribunatu videtur, missum se ab imperatore suo diceret*. Interum deriva-

obligation, s'en dispensait en disant que les lois s'y opposent. C'est ce qu'on appelle μετάστασις.

Tous ces moyens manquent-ils encore, on a la ressource de l'excuse ; on invoque l'ignorance ou la nécessité. L'ignorance : *Vous avez fait marquer au front un fugitif, qui dans la suite est reconnu pour un homme de condition libre; vous soutenez que vous ignoriez qu'il le fût.* La nécessité : *Un soldat qui ne s'est pas trouvé au jour marqué pour le départ dit qu'il en a été empêché par la difficulté des chemins, ou par une maladie.* Souvent aussi on rejette la faute sur le hasard : *Nous avons mal fait, disons-nous, nous le sentons; mais notre intention n'en était pas moins bonne.* Il y a tant d'exemples de ces sortes d'excuses, qu'il est inutile d'en citer.

Si tout ce que je viens de dire ne saurait être allégué, il faut voir si au moins la faute ne peut pas être atténuée ; c'est ce que quelques rhéteurs appellent *un état de quantité*. Mais, comme la quantité appliquée à une *peine* ou à une *récompense* se déduit de la qualité du fait, je la range sous ce dernier état, de même que ce qui a rapport *au nombre* dont les Grecs font encore un état distinct sous les noms de *πηλικότητα* (quantité continue) et *ποσότητα* (quantité discrète), ce que nous exprimons par le seul mot *quantité*.

La dernière ressource enfin, c'est la *supplication*, et la plupart soutiennent que ce genre de plaidoirie ne peut jamais être admis dans les jugements. Cicéron semble le témoigner aussi dans ce pas-

tur in rem; ut, si is, qui testamento quid jussus non fecerit, dicat, per leges id fieri non potuisse : hoc μετάστασις dicunt.

Exclusis quoque his, *excusatio* superest : ea est aut ignorantiae ; ut, *si quis fugitivo stigmata scripserit ; eoque ingenuo judicato, neget se liberum esse cum scisse, aut necessitatis ; ut, quum miles ad commealus diem non affuit, et dicit se fluminibus interclusum, aut valetudine. Fortuna quoque sæpe substituitur culpæ : nonnunquam male fecisse nos, sed bono animo dicimus : utriusque rei multa et manifesta exempla sunt ; iccirco non est eorum necessaria expositio.*

Si omnia, quæ supra scripta sunt, deerunt, videndum, an *minui culpa* possit ; hic est ille, qui a quibusdam dicitur fieri, *status quantitatis*. Sed ea, quum sit aut *pænæ*, aut *honoris*, ex qualitate facti constituitur : eoque nobis sub hoc esse statu videtur, sicut ejus quoque, quæ *ad numerum* refertur a Græcis : nam et *πηλικότητα*, et *ποσότητα* dicunt ; nos utrumque eadem appellatione complectimur.

Ultima est *deprecatio* : quod genus causæ plerique negarunt in iudicium un-

sage de l'oraison pour Ligarius : — *J'ai plaidé bien des causes, César, et même avec vous, dans le temps que vos fonctions vous appelaient au barreau, et certes je n'ai jamais tenu ce langage à des juges* : PARDONNEZ, MESSIEURS, MON CLIENT S'EST TROMPÉ, IL NE SAVAIT PAS..., SI JAMAIS..., etc. Cependant au sénat, devant le peuple, auprès du prince, et partout où la clémence peut faire fléchir le droit, la supplication n'est pas déplacée. Ce qui lui donne surtout de la valeur tient à l'accusé lui-même, s'il a vécu jusque-là dans l'innocence, s'il a rendu des services à l'État, si l'on peut garantir qu'à l'avenir il se conduira bien, et que même il se rendra utile; en outre, s'il paraît avoir assez expié sa faute ou par les dommages qu'il a essuyés, ou par le danger de sa situation présente, ou par son repentir. Viennent ensuite les considérations extérieures, la noblesse de l'accusé, son rang, ses alliances, ses amitiés. Toutefois, c'est dans celui qui juge qu'il faut mettre sa principale espérance, en lui persuadant que, s'il se laisse toucher, il acquerra plutôt la gloire d'avoir pardonné qu'il n'encourra le blâme d'avoir été faible. Au surplus, dans les jugements même ordinaires, si la supplication n'est pas du genre total de la cause, elle en fait souvent une grande partie, car c'est une division fréquente que celle-ci : *quand même l'accusé aurait commis tel crime, il faudrait encore lui pardonner*; et ce point bien traité a souvent réussi dans les affaires douteuses. Qui ne sait d'ailleurs que toutes les péroraisons se réduisent à peu près à des supplications?

quam venire : quin Cicero quoque pro Q. Ligario idem testari videtur, quum dicit, *Causas, Cæsar, egi multas, et quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum* : certe nunquam hoc modo, *ignoscite, Judices, erravit, lapsus est, non putavit, si unquam posthac, et cetera*. In senatu vero, et apud populum, et apud principem, et ubicumque juris clementia est, habet locum *deprecatio* : in qua plurimum valet, *ex ipso*, qui reus est, hæc tria in vita præcedere, si innocens, si bene meritus, si spes in futurum innocenter victuri, et in aliquo usu futuri; præterea, si vel aliis incommodis, vel præsentis periculo, vel pœnitentia videatur satis pœnarum dedisse : *extra*, nobilitas, dignitas, propinqui, amici. In eo tamen, qui cognoscit, plurimum ponendum, si laus eum misericordis potius, quam reprehensio dissoluti, consecutura est : verum et in judiciis, etiamsi non toto genere causæ, tamen ex parte magna hic locus sæpe tractatur : nam et divisio frequens est, etiamsi fecisset, ignoscendum fuisse; idque in causis dubiis sæpe prævaluit; et epilogi omnes in eadem fere materia versari solent.

Il y a plus, il est telle cause où l'accusé n'a d'autre voie que celle de la supplication. Par exemple, un père déshérite son fils et il en donne pour raison expresse que c'est pour le punir *de ses liaisons honteuses avec une courtisane*. Ici il ne peut être question que de savoir si le père n'aurait pas dû se montrer indulgent pour une pareille faute, et si les centumvirs ne doivent pas faire grâce. Dans les formules même qui ont pour objet des peines afflictives, on présente la cause ainsi : *Tel a-t-il encouru la peine portée par la loi? peut-elle lui être appliquée?* Quant à ce que disent les rhéteurs que la supplication n'est pas admise dans les jugements, cela est vrai, mais en ce sens seulement que l'accusé ne saurait être absous par les juges, sur ce seul mode de défense.

S'agit-il de *récompense*; il y a deux choses à examiner : celui qui la réclame *en mérite-t-il une*, et la *mérite-t-il aussi grande*? Ensuite, si c'est entre deux prétendants, lequel en est *plus digne*; si c'est entre plusieurs, lequel en est *le plus digne*. Tout cela s'apprécie d'après le genre des services, en ayant égard non-seulement à l'action que l'on allègue ou que l'on compare avec une autre, mais encore à la *personne*; supposons, en effet, le meurtre d'un tyran; il importera de savoir si le meurtrier était un jeune homme ou un vieillard, un homme ou une femme, un étranger ou un parent. On envisage aussi le *lieu* de bien des manières : le tyran a-t-il été tué dans une ville habituée à la servitude, ou dans une qui avait toujours été libre? dans une forteresse, ou dans une maison? puis *comment* le tyran a-t-il été tué? par le fer ou par le

Sed nonnunquam etiam reus hic totius summam constituit, si exheredatum a se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amaverit: nam omnis hic quæstio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, et centumviri tribuere debeant veniam; sed etiam in formulis, quum pœnariæ sunt actiones, ita causam partimur, *an commissa sit pœna? an exigi debeat?* id autem quod illi viderunt, verum est, reum a iudicibus hoc defensionis modo liberari non posse.

De præmiis autem quærentur duo : *an ullo sit dignus, qui petit? an tanto?* ex duobus, *uter dignior?* ex pluribus, *quis dignissimus?* quorum tractatus ex ipso meritorum genere ducuntur; et intuebimur non rem tantum, sive alleganda, sive comparanda erit; sed *personam* quoque; nam et multum interest, *tyrannum juvenis occiderit, an senex; vir, an femina; alienus, an conjunctus;* et *locum* multipliciter, *in civitate tyrannis assueta, an libera semper; in arce, an domi;* et *quomodo factum sit, ferro, an veneno;* et *quo tempore, bello, an*

poison? *En quel temps?* Pendant la guerre, ou pendant la paix? Était-il sur le point de déposer la souveraine puissance, ou méditait-il quelque nouvel attentat? On tient compte aussi du *prix* qui était attaché au service rendu, du *danger*, de la *difficulté* de l'entreprise. C'est ainsi qu'on juge d'une *libéralité* par sa source, car elle est plus méritoire dans un pauvre que dans un riche; dans celui qui a l'initiative du bienfait que dans celui qui le rend; dans un père de famille que dans un homme sans enfants. Ensuite, *quelle est la chose qu'on donne, dans quelle conjecture, dans quelle vue? n'est-ce pas dans l'espoir d'un intérêt futur?* Toutes les autres actions s'évaluent de même. Voilà pourquoi l'état de qualité réclame surtout les efforts de l'orateur, car il n'en est pas où l'esprit ait, de part et d'autre, un champ plus vaste, et où le ressort des passions soit plus puissant. L'état de *conjecture* a bien aussi ses preuves qu'il tire du dehors, et ses arguments que lui fournit le fond même de la matière; mais montrer ce qu'est une chose et quelle elle est, c'est l'œuvre de l'éloquence; c'est par là qu'elle règne, qu'elle domine, qu'elle triomphe.

Virginius range sous cet état de qualité les causes *d'abdication, de démence, de mauvais traitements*, et celles *des orphelines qui demandent leur mariage avec un proche parent*; et en effet ces sortes de causes roulent le plus souvent sur la qualité du fait, ce qui a donné lieu à quelques rhéteurs de les considérer comme des matières purement morales. Toutefois, elles comportent aussi les

pace; quum depositurus esset eam potestatem, an, quum aliquid novi sceleris ausurus: habetur in meritis gratia, periculum quoque, et difficultas. Similiter, liberalitas a quo profecta sit, refert: nam in paupere gratior, quam in divite; dante beneficium, quam reddente; patre, quam orbo: item, quam rem dederit, et quo tempore et quo animo, id est num in aliquam spem suam? similiter alia: et ideo qualitas maxima oratoris recipit opera, quia in utramque partem plurimum est ingenio loci, nec usquam tantum affectus valent. Nam conjectura extrinsecus quoque adductas frequenter probationes habet, et argumenta ex materia sumit: quale quidque videatur, eloquentiæ est opus: hic regnat, hic imperat, hic sola vincit.

Huic parti subjungit Virginius causas *abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias indicentium*: nam et fere sic accidit; inventique sunt, qui has materias *officiorum* vocarent. Sed alios quoque nonnunquam le-

autres états, puisque tantôt c'est la *conjecture* qui sert de fondement à la plupart de ces causes, quand les parties nient ce qu'on leur oppose ou prétendent avoir agi dans de bonnes intentions, et on en a mille exemples; tantôt c'est la *définition*, quand on explique ce qu'on doit entendre par démence et par mauvais traitements. Or, les questions de droit précèdent ordinairement la question légale, mais ne constituent pas l'état de cause. Quoi qu'il en soit, lorsque l'on ne peut se défendre par le fait, il est bon de se réfugier dans le droit. Ainsi, on énumérera et l'on spécifiera le cas où il n'est pas permis à un père d'abandonner ses enfants, où une femme n'a pas action contre son mari pour mauvais traitements, où un fils ne peut accuser son père de démence.

On reconnaît deux motifs légitimes d'abandonner ses enfants : l'un à l'occasion d'un crime consommé, par exemple, pour cause de rapt ou d'adultère; l'autre, à l'occasion d'un délit encore pendant et pour ainsi dire conditionnel, quand c'est pour cause d'insoumission, de désobéissance. Dans le premier motif, comme il s'agit d'un acte sur lequel on ne peut plus revenir, le procédé du père a quelque chose de rigoureux; dans le second, c'est presque un avertissement paternel qui tient de la tendresse, car au fond on doit croire le père plus disposé à donner une leçon à son fils qu'à l'abandonner. Dans l'un comme dans l'autre cas, les enfants doivent se montrer soumis et prêts à donner toute satisfaction. Je sais que ce n'est pas l'avis de certaines gens qui ne se font pas

ges hæ recipiunt status : nam et conjectura est aliquando in plerisque horum, quum se vel non fecisse, vel bona mente fecisse contendunt : cujus generis exempla sunt multa ; et, quid sit dementia, ac mala tractatio, finitur ; nam juris quæstiones plerumque leges præcurrere solent, et, ex quibus causis non fiat, statutum. Quod tamen facto defendi non poterit, jure nitetur ? et quot, et quibus causis abdicare non liceat ; et in quæ crimina malæ tractationis actio non detur ; et cui accusare dementiæ non permittatur.

Abdicationum formæ sunt duæ : altera criminis perfecti, ut, si abdicetur *raptor, adulter* : altera velut pendentis, et adhuc in conditione positi ; quales sunt, *in quibus abdicatur filius, quia non pareat patri* : illa semper asperam abdicantis actionem habet (immutabile est enim, quod factum est) ; hæc ex parte blandam, et suadenti similem ; mavult enim pater corrigere, quam abdicare : at pro filiis in utroque genere summissam, et ad satisfaciendum compositam. A quo dissensuros scio, qui libenter patres figura lædunt : quod non ausim

scrupule de blesser les pères d'une manière indirecte, par *figures* : je n'ose même affirmer qu'on ne doive jamais agir ainsi, puisqu'il est tel incident qui peut l'autoriser, mais du moins faut-il l'éviter toutes les fois qu'on pourra faire autrement. Au surplus nous traiterons ailleurs des figures.

Les accusations pour mauvais traitements ne diffèrent pas dans la conduite et comportent la même modération.

A l'égard des accusations pour démence (d'un fils contre son père), elles sont fondées ou sur une chose déjà faite, ou sur une chose qui peut encore se faire ou ne se faire pas. L'accusateur, s'il s'agit d'une chose faite, a toute liberté pour la censurer, mais en conservant des égards pour son père dont il plaindra la maladie. S'il s'agit d'une chose qui n'est encore qu'en projet, il aura recours à la prière, à la persuasion, et dira enfin que, si son père se montre déraisonnable, c'est à son état de démence qu'on doit l'attribuer, et non à ses véritables sentiments; car plus il louera sa conduite passée, plus il rendra probable qu'un dérangement mental a pu seul faire changer son père à ce point.

Pour l'accusé, il devra, autant que l'affaire le permettra, être modéré dans sa défense, car rien ne ressemble plus à la démence furieuse que la colère et l'emportement. Au surplus, toutes ces causes ont cela de commun, que l'accusé ne s'attache pas toujours à défendre le fait, mais s'en excuse souvent et promet de venir à

dicere nunquam esse faciendum (potest enim materia incidere, quæ hoc exigat); certe vitandum est, quoties aliter agi potest: sed de figuris alio libro tractabimus.

Non dissimiles autem abdicationum actionibus sunt *malæ tractationis actiones* : nam et ipsæ habent eandem in accusationibus moderationem.

Dementiæ quoque judicia aut propter id, quod factum est, aut propter id, quod adhuc fieri, vel non fieri potest, instituuntur. Et actor in eo, quod factum est, liberum habet impetum, sic tamen, ut factum accuset; ipsius patris, tamquam valetudine lapsi, misereatur : in eo vero, cujus libera mutatio est, diu roget et suadeat, et novissime dementiam rationi queratur obstare, non mores : quos quanto magis in præteritum laudaverit, tanto facilius probabit morbo esse mutatos.

Reus, quoties causa patietur, debet esse in defensione moderatus, quia fere ira et concitatio furori sunt similia : omnibus his commune est, quod rei non semper defensione facti, sed excusatione ac venia frequenter utuntur :

résipiscence; car, dans ces querelles domestiques, une première faute qu'on avoue comme un moment d'erreur, ou qui est moins grave que l'accusation ne la présente, suffit souvent pour se faire absoudre.

Mais il est beaucoup d'autres genres de causes qui relèvent de l'état de qualité. Ainsi, dans celles qui se plaident pour injures, l'accusé a beau soutenir qu'il n'a pas fait une injure, le plaidoyer roule d'ordinaire sur la qualité du fait et sur l'intention. Il en est de même quand il s'agit de constituer un accusateur, sortes de jugements que nous appelons *divinations*. Cicéron, qui avait été chargé par nos alliés d'accuser Verrès, s'est servi, dans un plaidoyer de ce genre, de la division suivante : *Il y a ici deux points à considérer; quel est celui que désirent le plus pour avocat ceux qui demandent vengeance? quel est celui que l'accusé souhaite le moins?* Cependant, voici les questions que ces sortes de causes comportent le plus souvent : *Lequel des deux a de plus fortes raisons pour accuser? Lequel des deux y apportera plus d'adresse ou plus de vigueur? Lequel des deux s'en acquittera plus fidèlement?*

Ajoutons à cela les causes de *tutelle*, où l'on recherche d'ordinaire si le tuteur ne doit qu'un compte matériel des biens qu'il a gérés; *s'il en est quitte pour avoir administré avec probité*, et s'il n'est pas aussi comptable de ses conseils et des événements. Il en est de même de ces poursuites *contre un fondé de procuration*

est enim domestica disceptatio, in qua et semel peccasse, et per errorem, et levius, quum objiçatur, absolutioni nonnunquam sufficit.

Sed alia quoque multa controversiarum genera in qualitatem cadunt : *injuriarum*; quamquam enim reus aliquando fecisse negat, plerumque tamen hæc actio facto atque animo continetur. De accusatore constituendo, quæ judicia *divinationes* vocantur : in quo genere Cicero quidem, qui mandantibus sociis Verrem accusabat, hac usus est divisione : spectandum, a quo maxime agi velint hi, quorum de ultione quæritur : a quo minime velit is, qui accusatur. Frequentissimæ tamen hæc sunt quæstiones, *uter majores causas habeat, uter plus industriæ aut virium sit allaturus ad accusandum, uter id fide meliore facturus.*

Tutelæ præterea : in quo judicio solet quæri, an alia de re, quam de calculis cognosci oporteat : *an fides præstari debeat tantum, non etiam consilium et*

qui a abusé de son mandat; car nous avons action contre nos mandataires.

Outre cela, les déclamations des écoles roulent sur *des délits dont les lois ne font pas une mention expresse*, ce qui fait naître cette double question : *Est-il vrai que tel délit ne soit pas prévu par les lois?* ou bien, *le fait constitue-t-il un délit commis dans l'intention de nuire?* Ces deux questions ne se proposent guère à la fois.

Chez les Grecs, on intentait fréquemment des actions sérieuses contre ceux qui s'étaient *mal acquittés d'une ambassade*, et on examinait en droit s'il est permis à un *envoyé de rien faire au delà de son mandat, et jusqu'où ce mandat peut s'étendre*; car il est des députés qui ont des comptes à rendre à leur retour, comme celui des Mamertins (Ilejus), qui, après avoir rempli sa mission en faveur de Verrès, finit par une dénonciation en forme contre lui. Ici, l'important est de *qualifier le fait*. On peut être accusé aussi *d'avoir agi contre les intérêts de la république*. De là mille subtilités : *qu'est-ce qu'agir contre les intérêts de la république? Un tel l'a-t-il en effet lésée, ou seulement ne l'a-t-il pas servie? et-elle été lésée par lui, ou à cause de lui?* Cependant ce qui doit le plus influencer dans cette sorte d'accusation, c'est la nature, la qualité du fait.

On accuse encore quelqu'un pour cause *d'ingratitude*, et alors se présentent ces questions : *Si celui contre qui l'on plaide a effectivement reçu un bienfait?* Chose qui ne se nie guère, puis-

eventus : cui simile est male gestæ procurationis : in foro negotium gestorum : nam et mandati actio est.

Præter hæc singuntur in scholis et *inscripti maleficii*, in quibus aut hoc quæritur, *an inscriptum sit?* aut hoc, *an maleficcium sit?* raro utrumque.

Male gestæ legationis apud Græcos et veris causis frequens : ubi juris loco quæri solet, *an omnino aliter agere, quam mandatam sit, liccat?* et *quousque sit legatus?* quoniam alii in renunciando sunt : ut in Ilejo, qui testimonium in Verrem dixerat post perlatam legationem. Plurimum tamen est in eo, *quale sit factum : reipublicæ læsæ* : hinc moventur quidem mille juris cavillationes : *quid sit rempublicam lædere?* et, *læserit, an non profuerit?* et, *ab ipso, an propter ipsum læsa sit?* in facto tamen plurimum inest.

Ingrati quoque ; in quo genere quæritur, *an is, cum quo agitur, acceperit beneficium?* quod raro negandum est ; ingratus est enim, qui negat. *Quantum*

que nier en pareil cas c'est déjà se montrer ingrat; *quelle est la valeur du bienfait? si le bienfaiteur n'en a pas été payé? si l'on est ingrat par cela seul qu'on ne s'est pas encore acquitté? si l'on a été à même de le faire? si l'obligé a dû condescendre à ce qu'on exigeait de lui? enfin quelles sont ses dispositions actuelles?*

Les causes qui suivent sont plus simples, comme celle d'une femme qui plaide contre son mari pour *répudiation injuste*, genre de cause qui a cela de particulier que la défense est du côté de la *demanderesse*, et l'accusation du côté du *défendeur*; celle d'un homme qui rend compte au sénat des motifs qui le portent à se donner la mort, d'où naît cette seule question de droit : *Peut-on empêcher quelqu'un qui veut mourir de se soustraire à l'action des lois?* Les autres questions appartiennent à la qualité.

On suppose aussi des *testaments* qui relèvent uniquement de l'état de qualité, comme dans le sujet de controverse dont j'ai déjà parlé, d'un père qui avait laissé un quart de son bien à celui de ses trois fils qui en serait jugé le plus digne : tous trois y prétendent, le philosophe, le médecin, l'orateur. Même chose arrive, lorsque des parents au même degré aspirent à la main d'une orpheline, et qu'il y a débat entre eux sur celui qui doit être préféré. Mais bornons-nous là. Je n'ai pas dessein d'épuiser toutes les espèces, car j'en pourrais trouver bien d'autres, et d'ailleurs les mêmes états ou questions ne leur sont pas communs : ils varient

acceperit? an reddiderit? an protinus, qui non reddidit ingratus sit? an poterit reddere? an id, quod exigebatur, debuerit? quo animo sit?

Simpliciores illæ, *injusti repudiæ*, sub qua lege controversiæ illud proprium habent, quod a parte accusantis defensio est, et defendentis accusatio. Præterea, quum quis rationem mortis in senatu reddit, ubi una quæstio est juris, *an is demum prohibendus sit, qui mori vult, ut se legum actionibus subtrahat; cetera qualitatis.*

Finguntur et *testamenta*, in quibus de sola quærat, ut in controversia, quam supra exposui, in qua de parte patrimonii quarta, quam pater dignissimo ex filiis reliquerat, contendunt philosophus, medicus, orator : quod idem accidit, si orbæ nuptias indicant pares gradu, et si inter propinquos de idoneo uærat. Sed nec omnes mihi persequi materias in animo est (fingi enim adnæ possunt), nec communes sunt earum quæstiones, quia positionibus mu-

suivant les circonstances de la cause. J'admire seulement que Flavius, qui est pourtant à mes yeux une grande autorité, ait renfermé ce sujet dans des bornes aussi étroites, lui qui écrivait spécialement pour les écoles.

La quantité, comme je l'ai dit, est ordinairement, mais non pas toujours, comprise dans la qualité. J'entends par *quantité*, ce qui se rapporte à la mesure ou au nombre. La mesure consiste quelquefois dans l'estimation du fait : *Quelle est la grandeur de telle faute, de tel bienfait?* Quelquefois cette mesure se détermine par la question légale, comme lorsqu'on examine *en vertu de quelle loi tel doit être puni ou récompensé*. De ce genre est encore le cas suivant : *Celui qui a ravi l'honneur à un jeune homme, est-il seulement passible de l'amende de dix mille sesterces imposée à ce crime, quand le jeune homme n'a pu survivre à son déshonneur et s'est pendu, ou bien le corrupteur doit-il perdre la vie, comme ayant causé la mort de celui qu'il avait déshonoré?* A cet égard, je remarquerai que c'est une erreur de dire, avec quelques personnes, qu'il y a ici à se déterminer entre deux lois, car la controverse ne roule pas sur les dix mille sesterces, qu'on ne demande même pas. Le jugement porte sur cette question : *L'accusé a-t-il causé la mort du jeune homme?* La quantité relève aussi de la conjecture quand, par exemple, on recherche *si un meurtre a été commis volontairement ou non, et s'il doit être puni d'un exil perpétuel ou d'un exil de cinq ans*. Voici encore des questions ti-

tantur : hoc tantum admiror, Flavium, cujus apud me merito summa est auctoritas, quum artem scholæ tantum componeret, tam anguste materiam qualitatis terminasse.

Quantitas quoque, ut dixi, plerumque, etiamsi non semper, plerumque tamen eidem subjacet, seu modi est, seu numeri : sed modus aliquando constat æstimatione facti, *quanta sit culpa, quantumve beneficium?* aliquando jure, quum id in controversiam venit, *qua quis lege puniendus, vel honorandus sit?* *Stuprator decem millia dare debeat, quæ pœna huic crimini constituta est, an, quia stupratus se suspendit, capite puniri, tamquam causa mortis?* quo in genere falluntur, qui ita dicunt, tamquam inter duas leges quærat : nam in decem millibus nulla controversia est, quæ nec petuntur. Judicium redditur, *an reus causa sit mortis?* in conjecturam quoque eadem species cadit, quum *perpetuo, an quinquennali, sit exilio multandus?* in controversiam venerit; *num prudens cædem commiserit?* quæritur : illa quoque, quæ ex numero duci-

rées du nombre et qui se décident par le droit : *Thrasybule mérite-t-il trente récompenses? — Deux voleurs qui ont pris une somme d'argent doivent-ils payer, par tête, le quadruple ou le double de la somme volée.* Mais ici on estime aussi le fait, et pourtant le droit dépend de la qualité.

CHAPITRE V

De la question d'action.

Un accusé qui ne nie point le fait, qui le reconnaît tel que son adversaire le présente, et qui ne cherche point à s'en justifier, doit, de toute nécessité, se retrancher dans son droit. C'est là qu'est ordinairement la *question d'action*; question qui n'est pas toujours la même, comme quelques-uns l'ont pensé; car elle précède quelquefois le jugement dans les conseils du préteur, où l'on examine avec soin si l'accusateur est fondé à intenter un action: et très-souvent aussi elle a lieu pendant les jugements mêmes, et alors on l'envisage sous un double rapport, puisque le débat s'engage, soit sur le motif même de l'instance, soit sur la fin de non-recevoir qu'on y oppose. C'est cette fin de non-recevoir dont quelques rhéteurs ont fait un état de cause, sous le nom de *prescription*, comme si la prescription ne soulevait pas toutes les mêmes questions que les autres lois.

tur, pendet ex jure : *An Thrasybulo triginta præmia debeantur? et, quum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisque, an duplum debeat? sed hic quoque factum æstimatur, et tamen jus ipsum pendet ex qualitate.*

CAPUT V

De actionis quæstione.

Qui neque fecisse se negabit, neque aliud esse, quod fecerit, dicet, neque factum defendet, necesse est, in suo jure consistat : in quo plerumque *actionis* est *quæstio* : quæ non semper eadem est, ut quidam putaverunt : nam et judicium antecedit, qualia sunt præturæ curiosa consilia, quum de jure accusatoris ambigitur; et in ipsis frequentissime judicii versatur : est enim duplex ejus disceptationis conditio, quod aut *intentio*, aut *præscriptio* habet controversiam : ac fuerunt, qui præscriptionis statum facerent, tamquam ea non iisdem omnibus, quibus ceteræ leges, quæstionibus contineretur.

Lorsqu'elle fait la base d'un procès, il n'est pas nécessaire d'attaquer le fond de l'affaire. Par exemple, un fils oppose l'exception à son père, noté d'infamie, qui veut le déshériter, *Un tel père peut-il déshériter?* Voilà le seul point à juger. Cependant, toutes les fois que nous le pourrons, nous ferons en sorte de nous justifier aussi sur le fait lui-même; car c'est le moyen de faire envisager plus favorablement notre droit. C'est ainsi que, dans les consignations qui ont lieu en vertu d'ordonnances du préteur, quoiqu'il ne soit pas question de la propriété, mais uniquement de la possession, il est bon de prouver, non-seulement qu'on a possédé, mais encore qu'on était propriétaire.

Mais plus souvent, c'est l'action même qu'on combat directement. *Celui qui a sauvé sa patrie, dit la loi, choisira telle récompense qu'il lui plaira.* Je nie qu'on doive lui donner tout ce qu'il demande. Sans doute, il n'y a pas ici à faire valoir d'exception; mais ce qui m'en tient lieu, c'est la volonté du législateur que j'oppose au texte de la loi. Dans ce genre, comme dans l'autre, c'est donc un même état de question légale.

Or, toute loi a pour objet ou d'accorder, ou d'ôter, ou de punir, ou de commander, ou de défendre, ou de permettre. Toute loi peut donner matière à un procès, soit par elle-même, soit par rapport à une autre loi; elle peut faire naître des doutes ou sur sa lettre ou sur son esprit; son texte peut être clair, obscur ou ambigu. Ce que je dis des lois doit s'entendre aussi des testaments, des

Quum ex præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri non est necesse: ignominioso filius præscribit: de eo solo judicatio est, an liceat? quoties tamen poterimus, efficiendum est, ut de re quoque bene sentiat: sic enim juri nostro libentius indulget: ut in sponsionibus, quæ ex interdictis fiunt, etiamsi non proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis: tamen non solum possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse, docere oportebit.

Sed frequentius etiam quæritur de intentione: vir fortis optet, quod velit: nego illi dandum, quidquid optaverit: non habeo præscriptionem. sed tamen voluntate contra verba, præscriptionis modo, utor: in utroque autem genere status idem fit.

Porro lex omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut jubet, aut vetat, aut permittit: litem habet aut propter se ipsam, aut propter alteram; quæstionem aut in scripto, aut in voluntate: in scripto, aut apertum est, aut obscurum, aut ambiguum. Quod de legibus dico, idem accipi volo de testamentis, pactis,

contrats, des stipulations, enfin des écrits de toute nature et même des conventions verbales; et, comme nous avons établi quatre questions de ce genre ou états, nous allons les traiter successivement.

CHAPITRE VI

De l'état qui naît de l'interprétation des lois ou de tout autre écrit.

Cette interprétation fait naître de fréquents débats entre les jurisconsultes, et c'est une partie considérable des controverses de droit. Aussi doit-on d'autant moins s'étonner qu'elle se produise aux écoles, où ces sortes de discussions sont même imaginées à dessein.

La première espèce d'interprétation s'attache aux *termes* et à l'*intention*; ce qui arrive lorsqu'il y a dans la loi quelque obscurité, et que chaque partie soutient sa manière de voir et combat celle de son adversaire, comme ici : *Tout voleur doit payer le quadruple de ce qu'il a pris. Deux voleurs ont dérobé conjointement dix mille sesterces. On en demande quarante mille à chacun; ils offrent d'en payer vingt mille par tête.* Le demandeur dit que ce qu'il exige est le quadruple; les défendeurs prétendent que le quadruple se trouve dans ce qu'ils offrent, et des deux côtés on se prévaut de l'intention de la loi. Ou bien encore, lorsque la loi offre deux sens, l'un clair et l'autre douteux, comme dans le cas sui-

stipulationibus, omni denique scripto: idem de voce; et, quoniam quatuor ejus generis quæstiones, vel status facimus, singulos percurram.

CAPUT VI

De statu *ex scripto* et *voluntate*.

Scripti et voluntatis frequentissima inter consultos quæstio est, et pars magna controversi juris hinc pendet: quo minus id in scholis accidere mirum est, ubi etiam ex industria fingitur.

Ejus genus unum est, in quo et de *scripto* et de *voluntate* quæritur. Id tum accidit, quum est in lege aliqua obscuritas, et in ea aut uterque suam interpretationem confirmat, adversarii subvertit: ut hic, *Fur quadruplum solvat: duo surripuerunt pariter decem millia; petuntur ab utroque quadragena; illi postulant, ut vicena conferant*: nam et actor dicit, hoc esse quadruplum quod petat, et rei hoc, quod offerant: voluntas quoque utrinque defenditur. Aut, quum de altero intellectu certum est, de altero dubium: *ex meretrice*

vant : *Quiconque est né d'une femme publique sera exclu de la tribune. Une femme qui avait un fils s'adonne par la suite à la prostitution; on veut éconduire le jeune homme de la tribune.* Il est certain que la loi atteint celui dont la mère faisait le métier de courtisane avant qu'il fût né; mais on doute si elle n'atteint pas encore celui dont il s'agit ici; car enfin il est né d'elle, et c'est une femme publique. Il en est de même de cette maxime de droit : *Qu'on n'a pas deux fois action pour le même fait*; cela doit-il s'entendre du crime ou de l'accusateur? Voilà les questions que fait naître l'obscurité de la loi.

Passons maintenant au second genre, c'est-à-dire aux questions qu'on élève sur un texte qui n'offre aucune prise au doute; c'est ce que quelques rhéteurs, qui n'avaient que cette espèce en vue, ont appelé *état fondé sur la lettre et sur l'esprit d'une loi*. Dans ce genre de discussion, l'une des parties s'appuie sur les termes et l'autre sur l'intention. On attaque les termes par trois moyens différents. D'abord, en démontrant que la loi ne peut pas toujours s'observer, comme celle-ci : *Les enfants doivent des aliments à leurs parents sous peine d'être mis aux fers? Mettra-t-on aux fers un enfant en bas âge? De là on passera à d'autres exceptions encore, et on arrivera à cette division : La loi entend-elle indistinctement quiconque ne donnera pas d'aliments? entend-elle celui dont il s'agit?*

En second lieu, et c'est pour cela qu'aux écoles on proposè quelquefois des controverses de ce genre, il y a des cas où l'on ne peut

natus ne concionetur : quæ filium habebat, prostare cœpit : prohibetur adolescens concione : nam de ejus filio, quæ ante partum meretrix fuit, certum est; an eadem hujus causa sit, dubium est : quia ex hac natus, et hæc meretrix est. Solet et illud quæri, quo referatur, quod scriptum est, Bis de eadem re sit actio : id est hoc bis ad actorem, an ad actionem? hæc ex jure obscuro.

Alterum genus est ex manifesto : quod qui solum viderunt, hunc *statum plani et voluntatis* appellarunt : in hoc altera pars scripto nititur, altera voluntate. Sed contra scriptum tribus generibus occurritur : unum est, in quo semper id servari non posse ex ipso patet : *liberi parentes alant, aut vinciantur* : non enim alligabitur infans : hinc erit ad alia transitus, et divisio, *Num quisquis non aluerit? num hic?*

Propter hoc proponunt quidam tale genus controversiarum, in quo nullum

tirer aucun argument de la loi même, mais seulement du fait en litige. Par exemple : TOUT ÉTRANGER QUI ESCALADERA LES MURS DE LA VILLE SERA PUNI DE MORT. *Les ennemis se présentent sur les remparts; un étranger y monte et les chasse. On demande son supplice.* Ce n'est pas ici le lieu de ces questions : *La loi est-elle pour tout étranger indistinctement? Est-elle pour celui-ci?* Car on ne saurait trouver d'argument plus fort contre cette loi, que celui qui est fourni par le procès lui-même; il suffit en effet de dire : *Quoi! un étranger ne pourra pas monter sur les murs de la ville, même pour la sauver!* C'est donc par des considérations tirées de l'équité et de l'intention du législateur qu'il faudra se défendre. Il peut se faire aussi qu'on prenne ses exemples dans d'autres lois, pour démontrer qu'on ne peut pas toujours s'en tenir à ce qui est écrit; c'est ce qu'a fait Cicéron dans son plaidoyer pour *Cécina*.

Enfin, et c'est le troisième moyen, on trouve quelquefois dans les termes mêmes d'une loi de quoi dissiper tous les doutes sur l'intention du législateur, comme dans cette controverse : *Quiconque sera surpris la nuit, avec un fer, sera jeté en prison. Le magistrat rencontre un homme qui avait un anneau de fer, et il le fait arrêter.* Ici, le mot *SURPRIS*, qui est dans la loi, fait assez connaître qu'elle n'a eu en vue qu'un fer nuisible. Mais, de même que celui qui s'appuiera sur l'intention tâchera, autant qu'il le pourra, d'infirmer le texte, de même celui qui s'appuiera sur le texte tâchera de s'aider aussi de l'intention.

argumentum est, quod ex lege ipsa peti possit, sed de eo tantum, de quo lis est, quærendum sit : *peregrinus, si murum ascenderit, capite puniatur : quum hostes murum ascendissent, peregrinus eos depulit : petitur ad supplicium.* Non erunt hic separatæ quæstiones, *an quisquis? an hic?* quia nullum potest afferri argumentum contra scriptum vehementius eo, quod in lite est : sed hoc tantum, *an ne servandæ quidem civilis causa?* ergo et æquitate et voluntate pugnandum : fieri tamen potest, ut ex aliis legibus exempla ducamus, per quæ appareat, semper stari scripto non posse : ut Cicero pro *Cæcina* fecit.

Tertium, quum in ipsis verbis legis reperimus aliquid, per quod probemus, aliud legumlatorem voluisse, ut in hac controversia : *Qui nocte cum ferro deprehensus fuerit, alligetur : cum annulo ferreo inventum magistratus alligavit :* hic quia est verbum in lege *deprehensus*, satis etiam significatum videtur, non contineri lege, nisi noxium ferrum; sed ut, qui voluntate nitetur, scriptum, quoties poterit, infirmare debet : ita, qui scriptum tuebitur, adjuvare se etiam voluntate tentabit.

Il arrive dans les testaments que telle disposition qui n'est pas écrite résulte néanmoins de la volonté du testateur. On connaît la fameuse contestation qui eut lieu entre L. Crassus et Scévola, dans la cause de Curius : *Un homme, croyant laisser sa femme enceinte, avait disposé de son bien en faveur du posthume à naître, et lui avait substitué un héritier, au cas que cet enfant vînt à mourir avant sa majorité.* La veuve ne s'étant pas trouvée grosse, les parents du défunt réclamèrent sa succession. Qui pouvait douter ici de la volonté du testateur? n'est-il pas évident qu'il voulait que l'héritier substitué, en cas de mort du posthume, le fût, à plus forte raison, à défaut de naissance? Cependant cela n'était pas prévu. Il est arrivé récemment tout le contraire, c'est-à-dire qu'un testament contenait une chose écrite, qui était, sans aucun doute, contre la volonté du testateur. *Quelqu'un avait fait un legs de CINQ MILLE SESTERCES; ayant voulu ensuite modifier ce legs, au lieu du mot SESTERCES, il avait mis LIVRES PESANT D'ARGENT, restait donc CINQ MILLES LIVRES PESANT D'ARGENT.* On vit clairement qu'il avait voulu donner seulement *cinq livres pesant*, car *cinq mille* auraient formé un legs exorbitant et inouï.

Au surplus, c'est à cet état que se rapportent ces questions générales : *Faut-il s'en tenir à ce qui est écrit, ou à l'intention? Quelle a été celle de l'auteur de l'écrit?* Et tout cela relève de la qualité ou de la conjecture, dont je crois avoir suffisamment parlé.

In testamentis et illa accidunt, ut voluntas manifesta sit, scriptum nihi sit : ut in judicio Curiano, in quo nota L. Crassi et Scævola fuit contentio : *substitutus hæres erat, si postumus ante tutelæ suæ annos decessisset : non est natus : propinqui bona sibi vindicabant : quis dubitaret, quin ea voluntas fuisset testantis, ut is non nato filio hæres esset, qui mortuo? sed non scripserat. Id quoque, quod huic contrarium est, accidit nuper, ut esset scriptum, quod appareret scriptorem noluisse : Qui sestertium nummum quinque millia legaverat, quum emendaret sublatis sestertiis nummis, argenti pondo posuit, quinque millia manserunt : apparuit tamen, quinque pondo dari voluisse : quia ille in argento legato modus et inauditus erat, et incredibilis.*

Sub hoc etiam statu generales sunt quæstiones, *scripto, an voluntate standum sit? quæ fuerit scribentis voluntas?* tractatus omnes qualitatis aut conjecturæ, de quibus satis dictum arbitrator.

CHAPITRE VII

Des oppositions des lois entre elles, ou de l'antinomie.

Passons maintenant aux lois qui se contrarient, puisqu'il est reconnu par tous les maîtres de l'art, et avec raison, que l'*antinomie* constitue deux états fondés et sur les *termes* et sur l'*intention*; en effet, lorsqu'une loi est mise en opposition avec une autre, et que, des deux côtés, on argumente contre les termes en cherchant à expliquer l'intention, il en résulte de part et d'autre cette question : *A laquelle des deux lois doit-on s'arrêter?* Personne n'ignore qu'une loi n'est jamais, en principe, contraire à une autre loi; car s'il y en avait qui consacraient deux points de droit directement opposés, il faudrait que l'une fût abrogée par l'autre; mais elles peuvent se heurter dans certains cas particuliers.

Or, tantôt la collision a lieu entre deux lois toutes pareilles, comme dans l'exemple suivant : Deux hommes qui ont également bien mérité de la patrie, l'un en l'affranchissant d'un tyran, l'autre en la délivrant par sa valeur, optent pour la même récompense, en vertu de la faculté qu'ils ont de demander ce que bon leur semble. Ne faudra-t-il pas, dans ce cas, comparer l'importance des services, la difficulté des conjonctures, la qualité relative des prix demandés? Tantôt, c'est la même loi qu'il s'agit de concilier avec elle-même, comme le cas d'option demandée à la fois

CAPUT VII

De contrariis legibus

Proximum est de legibus contrariis dicere, quia inter omnes artium scriptores constitit, in *antinomia* duos esse *scripti* et *voluntatis* status; neque immerito : quia, quum lex legi obstet, et utrinque contra scriptum dicitur, et quæstio est de voluntate : in utraque id ambigitur, *an utique illa lege sit utendum?* Omnibus autem manifestum est, nunquam esse legem legi contrariam jure ipso; quia, si diversum jus esset, alterum altero abrogaretur; sed eas casu collidi, et eventu.

Colliduntur autem aut *pares inter se*; ut si optio tyrannicidæ et viri fortis comparentur, utrique data, quod velit, petendi potestate; hic *meritorum, temporis, præmiis* collatio est; aut *secum ipsæ*, ut duorum fortium, duorum tyran-

par *deux* braves, par *deux* tyrannicides, par *deux* filles enlevées. Il ne peut y avoir là que deux questions : l'une, de priorité : *Quelle demande a été formée la première?* L'autre, de qualité : *Quelle demande est la plus juste?*

Il s'élève aussi un conflit entre des lois, soit qu'il y ait *diversité* entre elles, soit qu'il y ait *similitude*. Il y a *diversité*, si elles se contredisent par elles-mêmes, et indépendamment de toute loi contraire, comme dans ce sujet de controverse : *Que le gouverneur préposé à la garde d'une citadelle ne s'en écarte pas; — Que le brave qui aura sauvé sa patrie demande pour récompense ce qu'il voudra.* Cette dernière disposition peut s'attaquer, même quand aucune autre loi ne s'y opposerait ; car c'est une question si le *brave doit recevoir indistinctement tout ce qu'il demandera.* A l'égard du gouverneur, il peut faire beaucoup d'objections contre la défense de sortir de la citadelle : *n'en pourra-t-il sortir si le feu y prend, s'il a une sortie à faire pour repousser l'ennemi?*

Il y a *similitude* lorsqu'on ne peut rien leur opposer, si ce n'est une autre loi. *L'image de celui qui aura tué un tyran, dit une loi, sera exposée dans le gymnase. Jamais portrait de femme, dit une autre loi, ne sera exposé dans le gymnase.* Une femme s'est illustrée par le meurtre d'un tyran. Il est clair que, hors ce cas, le portrait d'une femme ne pourra être mis au gymnase, pour y remplacer celui d'un homme.

Il n'existe point de parité entre deux lois, lorsqu'on peut alléguer beaucoup de raisons directes contre l'une, et que l'autre ne peut être attaquée que par des considérations qui ressortent de la

nicidarum, duarum raptarum : in quibus non potest esse alia quæstio, quam temporis, utra prior sit : aut qualitatis, utra justior sit petitio.

Diversæ quoque leges configunt, aut similes : diversæ, quibus etiam citra adversam legem contradici possit, ut in hac controversia, Magistratus ab arce ne discedat ; — Vir fortis optato, quæ volet, vel alia nulla obstante quæri potest, An, quidquid optarit, accipere debeat? et in magistratu multa dicentur, quibus scriptum expugnatur, *Si incendium in arce fuerit, si in hostes decurrendum.*

Similes, contra quas nihil opponi potest, nisi lex altera : Tyrannidæ imago in gymnasio ponatur : contra Mulieris imago in gymnasio ne ponatur : Mulier tyrannum occidit : nam neque mulieris imago ullo alio casu poni potest, neque tyrannidæ ullo alio casu summoveri.

Impares sunt, quum alteri multa opponi possunt, alteri nihil, nisi quod in

cause en litige, comme si *cc brave*, dont j'ai déjà parlé, *demandait l'impunité d'un déserteur*; car j'ai fait voir combien on peut dire de choses contre la loi qui le concerne, tandis que celle qui est portée contre les déserteurs ne peut être détruite dans son effet que par l'option.

De plus, le point de droit sur lequel reposent ces lois est ou reconnu de part et d'autre, ou controversé. S'il est reconnu, il ne reste guère qu'à examiner *laquelle des deux lois est la plus importante; si elle intéresse les dieux ou les hommes, l'État ou les particuliers; si elle honore ou si elle punit; si la matière en est grave ou légère; si elle a enfin pour objet ou de permettre, ou de défendre, ou d'enjoindre*. On discute aussi *laquelle est la plus ancienne*, mais surtout, et c'est le point capital, *laquelle recevra moins d'atteinte*, comme dans l'exemple du brave et du déserteur; car, celui-ci impuni, toute la loi est violée; au lieu que, si le déserteur subit sa peine, le brave a la ressource de faire une autre option. Cependant la considération la plus importante à faire valoir est encore : *Laquelle des deux choses est la plus convenable et la plus juste?* Mais, à cet égard, on ne peut émettre de préceptes que sur une matière donnée.

Si ce droit est douteux, il sera contesté par l'une des deux parties, ou par les deux réciproquement, comme dans cette controverse : *Le père a droit de prise de corps contre son fils, le patron contre son affranchi; les affranchis appartiennent à l'héritier. Un homme institue pour son héritier le fils de son affranchi. A la*

lite est, ut, quum *vir fortis, impunitatem desertoris; petit* nam contra legem viri fortis, ut supra ostendi, multa dicuntur : adversus desertores scripta non potest, nisi optione, subverti.

Item, *confessum* est ex utraque parte jus, aut *dubium* : si *confessum* est, hæc fere quærentur : *Utra lex potentior? ad deos pertineat, an ad homines? ad rempublicam, an ad privatos? de honore, an de pœna? de magnis rebus, an de parvis? permittat, an velet, an imperet?* Solet tractari et, *utra sit antiquior, sed vel potentissimum, utra minus perdat?* ut in desertore, et viro forti, quod illo non occiso lex tota tollatur; occiso, sit reliqua viro forti alia optio : plurimum tamen est in hoc, *Utrum fieri, sit melius, atque æquius?* de quo nihil præcipi, nisi proposita materia, potest.

Si *dubium*; aut alteri, aut invicem utrique de jure fit controversia, ut in re tali, *Patri in filium, patrono in libertum manus injectio sit : liberti hære-*

mort du testateur, le père et le fils demandent à user du droit de prise de corps l'un contre l'autre; et le fils, devenu patron de son père, lui conteste le droit qu'il avait sur lui, attendu qu'en sa qualité d'affranchi il est passé sous sa puissance.

Enfin, une loi qui implique deux dispositions est sujette à conflit, comme deux lois qu'on opposerait l'une à l'autre; telle est celle-ci : *Né avant l'enfant légitime le bâtard sera légitimé par ce seul fait; né après, il aura seulement la qualité de citoyen.*

Ce que je dis des lois doit s'entendre aussi des sénatus-consultes, qui, soit qu'ils se combattent, soit qu'ils impliquent contradiction avec les lois, rentrent toujours dans l'état dont nous parlons.

CHAPITRE VIII

De l'état de syllogisme ou de raisonnement.

L'état de syllogisme a quelque analogie avec celui qui se fonde sur la lettre de la loi et sur l'intention, parce que toujours l'une des deux parties s'y attache à la lettre, avec cette différence que là on parle contre les termes de la loi, et qu'ici on en étend le sens; que là celui qui défend les termes veut qu'on les observe à la rigueur, et qu'ici tout ce qu'on demande, c'est qu'il ne soit pas fait autre chose que ce qui est écrit.

dem sequantur : liberti filium quidam fecit hæredem, invicem petitur manus injectio : et patronus negat jus patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit.

Duplices leges, sicut duæ, colliduntur : ut, *Nothus ante legitimum natus, legitimus sit ; post legitimum, tantum civis.*

Quod de legibus, idem de senatusconsultis dictum : quæ si aut inter se pugnent, aut obstent legibus, non tamen aliud sit ejus status nomen.

CAPUT VIII

De syllogismo seu ratiocinatione.

Syllogismus habet aliquid simile scripto et voluntati, quia semper pars in eo altera scripto nititur : sed hoc interest, quod illic dicitur contra scriptum, hic supra scriptum; illic, qui verba defendit, hoc agit, ut fiat utique, quod scriptum est; hic, ne aliud, quam scriptum est.

Cet état a aussi une certaine affinité avec l'état de définition ; car si la définition n'est pas complètement satisfaisante, elle se résout souvent en syllogisme. Par exemple, TOUTE EMPOISONNEUSE, dit une loi, SERA PUNIE DE MORT : *une femme, pour se faire aimer de son mari qui la néglige, lui donne un philtre ; celui-ci la répudie, ensuite il s'en repent et la fait solliciter par ses parents de revenir auprès de lui, mais en vain : le mari se pend. La femme est accusée de maléfice.* Ce que l'accusateur imagine de plus fort est de dire qu'un philtre est un poison : voilà sa définition. Mais si on ne s'en paye pas, il la transforme en raisonnement pour démontrer que cette femme est aussi punissable que si elle eût fait mourir son mari par le poison.

Ainsi, de ce qui est écrit dans la loi, le syllogisme infère ce qui est incertain, et comme il procède par raisonnement, cet état s'appelle état de raisonnement. Or voici à peu près les espèces auxquelles il s'applique : *Ce qui est de droit une fois, l'est-il plus souvent ?* Une femme condamnée pour inceste est précipitée du haut de la roche Tarpéienne ; elle n'en meurt pas ; on demande qu'elle soit précipitée derechef. *Ce qui est accordé pour un, l'est-il pour plusieurs ?* Un homme a tué deux tyrans dans le même temps, il demande deux récompenses. *Ce qui était permis avant, l'est-il après ?* Le ravisseur d'une fille prend la fuite ; la fille se marie ; le ravisseur revient ; elle demande à faire l'option. *Ce qui est défendu pour le tout, l'est-il pour la partie ?* Il est défendu de recevoir une char-

Ejus nonnulla etiam cum finitione conjunctio : nam sæpe, si finitio infirma est, in syllogismum delabitur. Sit enim lex, *Venefica capite puniatur : sæpe secubanti amatorium dedit : repudiavit : per propinquos rogata, ut rediret, non est reversa : suspendit se maritus : mulier veneficæ rea est* : fortissima est actio dicentis amatorium venenum esse : id erit finitio ; quæ si parum valebit fiet syllogismus, ad quem, velut remissa priore contentione, veniemus : an perinde puniri debeat, ac si virum veneno necasset ?

Ergo hic status duxit ex eo, quod scriptum est, id, quod incertum est : quod quoniam ratione colligitur, ratiocinativus dicitur : in has autem fere species venit, *An quod semel jus est, idem et sæpius ? incesti damnata, et præcipitata de saxo, vixit : repetitur. An quod in uno, et in pluribus ? qui duos uno tempore tyrannos occidit, duo præmia petit. An quod ante, et postea ? raptor profugit rapta nupsit, reverso illo petit optionem. An quod in toto, idem in parte ? ara-*

rue en gage ; quelqu'un s'en fait donner le soc. Réciproquement, *ce qui est défendu pour la partie, l'est-il pour le tout ?* Il est défendu d'exporter des laines de Tarente ; on en exporte des moutons.

Dans ces diverses questions, l'une des deux parties se renferme dans ce qui est écrit ; l'autre soutient que le législateur n'a pu tout prévoir, mais que ce dont il s'agit y est implicitement compris. *Je demande que l'incestueuse soit précipitée, c'est la loi. — Une fille enlevée a le droit d'option à l'égard de son ravisseur. — Les laines font partie des moutons, et ainsi du reste.* Mais comme on peut répondre à tout cela : *La loi ne dit pas que celle qui a été condamnée sera précipitée deux fois ; que la fille enlevée pourra, en quelque cas que ce soit, opter contre son ravisseur ; que le tyrannicide recevra deux récompenses. La loi parle de la charrue et non pas du soc ; des laines et non pas des moutons ;* il suit que c'est à l'aide de ce qui est clair qu'on prouve ce qui est douteux.

Il est plus difficile d'induire de ce qui est écrit dans une loi, ce qui n'y est nullement exprimé. Par exemple, *quiconque tuera son PÈRE sera cousu dans un sac*, etc. Un fils tue sa mère. *On ne violera le domicile de personne pour le traîner en justice.* On vient prendre un homme dans sa tente. Dans ces controverses, on aura à examiner *si, lorsque le fait dont il s'agit n'est point exprimé dans une loi, on peut néanmoins la lui appliquer par similitude ; ou bien si ce dont il s'agit est semblable à ce qui est prévu par la loi.*

trum accipere pignori non licet, vomerem accepit. An quod in parte, idem in toto ? lanas evehere Tarento non licet, oves vexit.

In his syllogismis scripto alter nititur, alter non satis cautum esse dicit : *postulo ut præcipietur incesta, lex est ; et rapta optionem petit, et in ove lanæ sunt : similiter alia.* Sed, quia responderi potest, *Non est scriptum, ut bis præcipietur damnata, ut quandoque rapta optet, ut tyrannicida duo præmia accipiat, nihil de vomere cautum, nihil de ovibus : ex eo, quod manifestum, colligitur quod dubium est.*

Majoris pugnæ est ex scripto ducere, quod scriptum non est : *qui patrem occiderit, culeo insuatur ; matrem occidit : ex domo in jus educere ne liceat ; ex tabernaculo eduxit.* In hoc genere hæc quærentur : *An, quoties propria lex non est, simili sit utendum ? an id, de quo agitur, ei, de quo scriptum est, simile sit ?*

Or, ce qui est semblable peut-être ou plus grand, ou égal, ou moindre. Ainsi, dans ce que j'ai d'abord cité, *le cas a-t-il été suffisamment prévu par la loi? Ou, quoiqu'il ne soit pas prévu, doit-on lui appliquer cette loi?* Mais, dans ce premier cas comme dans l'autre, c'est l'intention du législateur qu'il faut chercher, et surtout le point d'équité qu'il faut traiter.

CHAPITRE IX

De l'état d'ambiguïté ou amphibologie.

Il y a tant d'amphibologies que certains philosophes ont été jusqu'à prétendre qu'il n'y a pas un seul mot qui n'ait plusieurs significations. Quant aux causes qui les font naître, elles se réduisent à bien peu : car, ou ce sont des mots seuls qui les produisent, ou ce sont des mots joints ensemble.

Quand ce sont des mots seuls, on peut s'y tromper s'ils s'appliquent à plusieurs choses ou à plusieurs personnes, ce qu'on appelle *homonymie*, comme *Gallus*, qui signifie un volatile, une nation, un nom, un accident du corps; comme *Ajax*, qui désigne le fils de Télamon, ou celui d'Oïlée. Ensuite, il est des mots qui ont différentes acceptions, comme *cerno* : Ce genre d'ambiguïté, qui est très-varié, donne souvent matière à des procès, surtout dans les testaments, lorsque plusieurs personnes, portant le même

Simile autem et majus est, et par, et minus : in illo priore, *an satis lege cautum sit? an et, si parum cautum est, hac sit utendum?* In utroque de voluntate legumlatoris : sed de æquo tractatus potentissimi.

CAPUT IX

De ambiguo seu amphibolia.

Amphiboliæ species sunt innumerabiles, adeo, ut philosophorum quibusdam nullum videatur esse verbum, quod non plura significet : genera admodum pauca. Aut enim vocibus accidit singulis, aut conjunctis.

Singula afferunt errorem, quum pluribus rebus aut hominibus eadem appellatio est (*ὁμωνυμία* dicitur), ut *Gallus*; avem enim, an gentem, an nomen, an fortunam corporis significet, incertum est : et *Ajax*, Telamonis, an Oilei filius : verba quoque quædam diversos intellectus habent, ut *cerno*. Quæ ambiguitas plurimis modis accidit; unde fere lites, præcipue ex testamentis,

nom, se prétendent appelés à jouir de la liberté, ou même à recueillir une succession. Quelquefois aussi c'est l'objet légué qu'on cherche à reconnaître, à cause de l'ambiguïté des termes.

On s'y trompe encore quand des mots ont telle signification, étant dans leur intégrité, et telle autre étant divisés, comme *ingenua*, *arma-mentum*, *cor-vi-num*, misérables subtilités dont les Grecs font cependant des sujets de controverse : telle est celle bien connue sous le nom d'ἀλλητρῖς; quand on demande si c'est l'instrument qui aura tombé trois fois, ou la joueuse d'instrument, qui se sera laissé choir, qui doit être vendue.

Le troisième genre d'ambiguïté naît des mots composés. Quelqu'un ordonne qu'après sa mort son corps soit placé dans un lieu non caché, *inoculto loco*, et il lègue, suivant l'usage, une certaine étendue de terrain à fournir par ses héritiers, autour de son tombeau, pour faire respecter ses cendres. Ce mot *inoculto* peut donner lieu de demander si le testateur n'a pas voulu dire dans un lieu caché, *in occulto loco*. De là aussi chez les Grecs, cette équivoque au sujet des noms propres Λέων et Πανταλέων, car on demande si tous les biens, πάντα, sont légués à Léon, Λέοντι, ou si les biens sont légués à Pantaléon, Πανταλέοντι.

Les mots donnent encore plus de prise à l'ambiguïté, quand ils sont joints ensemble. Or cela a lieu, ou par les *cas*, comme dans ce vers d'Ennius :

Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.

quum de libertate, aut etiam de hæreditate contendunt ii, quibus idem nomen est; aut, quid sit legatum, quæritur.

Alterum est, in quo alia integro verbo significatio est, alio diviso : ut, *ingenua*, et *armamentum*, et *Corvinum*, ineptæ sane cavillationis, ex qua tamen Græci controversias ducunt : inde ἀλλητρῖς illa vulgata, quum quæritur, *Utrum aula, quæ ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat publicari.*

Tertia est ex compositis, ut si quis corpus suum *inoculto loco* poni jubeat, circaque monumentum multum agri ab hæredibus in tutelam cinerum, ut solent, leget, sit litis occasio *inocultum*. Sic apud Græcos contendit Λέων et Πανταλέων, quum scriptura dubia est, bona omnia Λέοντι, an bona Πανταλέοντι relicta sint.

In conjunctis plus ambiguitatis : fit autem *per casus*; ut,

Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.

ou par la *construction*, quand on ne sait à quoi doit se rapporter tel mot, lorsque, placé au milieu d'une phrase, il peut appartenir à tel membre de cette phrase, ou à tel autre, comme ce passage de Virgile, au sujet de Troïle : *Lora tenens tamen...*; car on peut se demander si Troïle tient *cependant* les rênes, ou s'il est entraîné par ses chevaux, *quoique* tenant les rênes. C'est ce vice de construction qu'on remarque dans un testament où quelqu'un ordonne qu'il lui soit érigé *une statue armée d'une pique, en or*. On doute si la statue doit être d'or, armée d'une pique, ou si la pique doit être d'or, et la statue d'un autre métal. Le sens est équivoque aussi, lorsque la construction est renversée, témoin ce vers :

Quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles.

Souvent, on ne sait auquel des deux antécédents se rapporte un mot qui suit : *Mon héritier payera à ma femme cent livres pesant d'argenterie, A SON CHOIX*. Au choix de qui?

Dans le premier des exemples que je viens de citer, on fait disparaître l'amphibologie par le *changement de cas*; dans le second, par la *division* des mots ou leur *translation*; dans le troisième, au moyen de quelque chose qu'on *ajoute*. Ainsi, un double accusatif pouvant faire équivoque, on la détruit par l'ablatif; et au lieu de dire *Lachetem audivi percussisse Demeam*, on dira *a Lachete percussum Demeam*. Remarquons cependant, comme je l'ai dit dans le premier livre, que l'ablatif est assez souvent équivoque

Per collocationem, ubi dubium est, quid quo referri oporteat; ac frequentissime, quum id, quod medium est, utrinque possit trahi, ut de Troïlo Virgilius, *Lora tenens tamen....* Hic, utrum, quod teneat tamen lora, an, quamvis teneat tamen trahatur, quæri potest. Unde controversia illa, testamento quidam jussit *poni statuam auream hastam tenentem*: quæritur, statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in statua alterius materiæ? Fit per *flexum* idem magis,

Quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles.

Sæpe, utri duorum antecedentium sermo subjunctus sit, in dubio est: unde et controversia, *Hæres meus uxori meæ dare damnas esto argenti, quod elegerit, pondo centum*: uter eligat, quæritur.

Verum id, quod in his primum est, *mutatione casuum*, sequens *divisione verborum* aut *translatione* emendatur, tertium *adjectione*. Accusativi geminatione facta amphibolia solvitur ablativo: ut illud, *Lachetem audivi percussisse Demeam*, fiat, *a Lachete percussum Demeam*: sed ablativo ipsi, ut in primo

dans sa nature. *Cælo decurrit aperto*, dit le poëte : est-ce *per apertum cælum* qu'il faut entendre, ou *quum cælum apertum esset*? La division consiste dans la ponctuation qui indique que le sens s'arrête : *une statue*, puis, *armée d'une pique d'or*; ou bien, *une statue d'or*, puis, *armée d'une pique*. On ajoute quelque chose pour ôter toute équivoque, comme ici : *Cent livres pesant d'argenterie au choix de lui, mon héritier, ou au choix d'elle, ma femme*. Quelquefois, c'est ce qu'on a ajouté qui fait ambiguïté : *Nos flentes illos deprehendimus*; retranchez *nos*, il n'y en a plus.

Ce n'est qu'à l'aide de plusieurs mots qu'on corrige ce qui est à la fois amphibologique ou de sa nature ou parce qu'on ne sait à quoi il se rapporte : *J'entends que mon héritier lui donne tout ce qui est à lui*. A qui? *lui*; qu'est-ce que *tout ce qui est à lui*? Cicéron est tombé dans une équivoque, en parlant de C. Fannius : *Il n'avait pas une grande amitié pour son beau-père, parce qu'il ne l'avait pas fait entrer avec lui dans le collège des augures, et surtout parce qu'il lui avait préféré Q. Scévola, qui était moins âgé que lui*; car *lui* peut se rapporter aussi bien au beau-père qu'à Fannius.

Telle syllabe longue ou brève dans un mot suffit encore pour faire équivoque, comme dans *Cato*. Si la dernière syllabe est brève, ce sera le nominatif d'un nom propre; est longue, elle indiquera le datif ou l'ablatif du mot *catus*, rusé.

diximus, inest naturalis amphibolia : cælo decurrit aperto : utrum per apertum cælum, an quum apertum esset. Divisio respiratione et mora constat : *statuam*, deinde, *auream hastam* : vel *statuam auream*, deinde, *hastam* : *adjectio* talis est, *argentum, quod elegerit ipse, ut hæres intelligatur* : vel *ipsa, ut uxor* : *adjectione* facta amphibolia, qualis sit, *Nos flentes illos deprehendimus, detractio*ne solvetur.

Pluribus verbis emendandum, ubi est id, quod, quo referatur, dubium est, et ipsum est ambiguum : *hæres meus dare illi damnas esto omnia sua* : in quod genus incidit Cicero loquens de C. Fannio : *Is soceri instituto, quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat : præsertim quum ille Q. Scævola sibi minorem natu generum prætulisset* : nam id *sibi* et ad socerum refertur, et ad Fannium potest.

Productio quoque scripto, et correptio in dubio relicta, causa est ambiguitatis : ut in hoc, *Cato* : aliud enim ostendit brevis secunda syllaba casu nominativo, aliud eadem syllaba producta casu dativo aut ablativo.

Il est encore beaucoup d'autres ambiguïtés que je ne crois pas nécessaire de rapporter; et qu'importe d'ailleurs d'où naît l'équivoque ou comment on la résout? Ce qu'il y a d'évident, c'est qu'elle présente toujours un double sens, et que l'écrit ou la parole qui y donne lieu ouvre, de part et d'autre, un champ égal à la contestation. Il est par conséquent inutile de nous recommander des efforts pour tourner l'explication à notre avantage; car, si cela se pouvait, il n'y aurait plus d'équivoque. Or, dans toute amphibologie, on fera quelquefois cette question : *Lequel des deux sens est le plus naturel?* Mais on insistera toujours sur celle-ci : *Lequel est le plus équitable?* — *Lequel est le plus conforme à la volonté présumée de celui qui a écrit ou parlé?* deux points que j'ai suffisamment traités, en parlant de la conjecture et de la qualité.

CHAPITRE X

De l'affinité des divers états entre eux et de leurs différences.

Il y a une sorte d'affinité entre tous ces états, car dans la *définition* on s'attache à expliquer le sens et la valeur d'un nom, et dans le *sylogisme* qui se rapproche le plus de la définition, on examine ce qu'a voulu l'auteur d'une loi ou d'un écrit; et, dans l'*antinomie*, il y a évidemment deux états, l'un qui se rapporte

Plurimæ præterea sunt aliæ species, quas persequi nihil necesse est. Nec refert, quomodo sit facta amphibolia, aut quo resolvatur: duas enim res significari manifestum est; et, quod ad scriptum vocemve pertinet, in utramque par est partem; ideoque frustra præcipitur, ut in hoc statu vocem ipsam ad nostram partem conemur vertere; nam, si id fieri potest, amphibolia non est. Amphiboliæ autem omnis in his erit quæstio, aliquando, *Uter sit secundum naturam magis sermo?* semper, *utrum sit æquius? utrum is, qui scripsit ac dixit, sic voluerit?* Quarum in utramque partem satis ex his, quæ de conjectura et qualitate diximus, præceptum est.

CAPUT X

Quæ sit inter status cognatio, et quæ diversitas.

Est autem quædam inter hos status cognatio: nam et in *suitione*, quæ sit voluntas nominis, quæritur; et in *sylogismo*, qui secundus a suitione status est, spectatur, quid voluerit scriptor; et ex contrariis legibus duos esse *scripti*

aux *termes*, l'autre à l'*intention*. A son tour l'état définitif est une sorte d'*amphibologie*, où le nom qu'on discute est susceptible de recevoir deux-acceptations différentes. L'état fondé sur les *termes* et sur l'*intention* renferme aussi, à l'égard des premiers, une question de nom, ce qui se fait également dans l'*antinomie*. Voilà pourquoi quelques rhéteurs ont dit que tous ces états étaient fondés sur les *termes* et sur l'*intention*.

D'autres ont prétendu que l'état qui naît de la lettre de la loi et de son esprit, relevait toujours de l'état d'*amphibologie* qui y fait toute la question. Mais il faut distinguer; autre chose est une loi obscure, autre chose une loi ambiguë : faisons donc ressortir toutes ces différences.

L'état de *définition* repose sur une question générale touchant la nature et l'essence d'un nom, indépendamment des circonstances propres à la cause. L'état tiré des *termes* et de l'*intention* argumente de ce qui est dans la loi; l'état de *sylogisme* de ce qui n'y est pas. L'état fondé sur l'*amphibologie*, partage l'esprit en deux sens différents. Enfin, l'état qui résulte de *deux lois contraires* amène, de part et d'autre, des explications diverses. C'est avec raison que ces distinctions ont été adoptées par les plus habiles rhéteurs et qu'elles ont été maintenues par les savants les plus éclairés.

Quant au genre de disposition que réclament ces divers états, si nous n'avons pas tout dit à cet égard, du moins nous en avons dit quelque chose; le reste ne peut guère s'enseigner que par

et *voluntatis* status apparet: rursus et *fnitio* quodammodo est *amphibolia*, quum in duas partes diducatur intellectus nominis. *Scriptum* et *voluntas* habet in verbis vocis quæstionem, quod idem in *antinomia* petitur: ideoque omnia hæc quidam *scriptum* et *voluntatem* esse dixerunt.

Alii in scripto et voluntate amphiboliam esse, quæ facit quæstionem; sed distincta sunt: aliud est enim obscurum jus, aliud ambiguum.

Igitur *fnitio* in natura ipsa nominis quæstionem habet generalem, et quæ esse etiam citra complexum causæ possit: *scriptum* et *voluntas* de eo disputat verbo, quod est in lege; *sylogismus* de eo, quod non est: *amphiboliæ* lis in diversum trahit; *legum contrariorum* ex diverso pugna est. Neque immerito et recepta est a doctissimis hæc differentia, et apud plurimos ac prudentissimos durat.

Et de hoc quidem genere disceptationis, etiamsi non omnia, trad tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ, nisi proposita, de qua dicendum est, ma-

application à un sujet. Car ce n'est pas assez de partager toute sa cause en questions et en lieux; toutes ces parties exigent elles-mêmes un certain ordre. Ainsi, dans l'exorde, il y a telle chose qu'il faut dire la première, telle qu'il faut dire la seconde, et ainsi de suite. Chaque question, chaque point a sa disposition comme les simples thèses ou questions générales.

Un orateur, par exemple, fera-t-il preuve d'une grande habileté, quand il aura divisé une de ces controverses dont j'ai parlé, de la manière suivante : *Doit-on donner à un brave qui a sauvé la patrie toute espèce de récompense? peut-on disposer en sa faveur de ce qui est du domaine privé? peut-on lui accorder le mariage? avec la femme déjà pourvue? avec telle femme?* et qu'ensuite, lorsqu'il aura à parler sur la première de ces questions, il y mèlera çà et là tout ce qui lui viendra à l'esprit? ne devra-t-il pas savoir qu'à propos de cette première question, il faut examiner si c'est le cas de *s'en tenir aux termes de la loi, ou de rechercher l'intention du législateur?* et cette discussion elle-même ne devra-t-elle pas avoir un commencement? Ensuite, ne lui faudra-t-il pas réunir de proche en proche tout ce qui doit s'ajuster ensemble, pour en faire un discours complet? n'est-ce pas ainsi que dans l'homme on distingue la main, dans la main les doigts, dans les doigts les phalanges? Mais voilà ce qu'un écrivain ne saurait démontrer sans le secours d'une espèce particulière et définie. A quoi, d'ailleurs, serviraient un exemple ou deux; que dis-je? cent ou mille, dans un sujet qui n'a point de bornes?

teria, viam docendi non præbeant : non enim causa universa in quæstiones ac locos diducenda est; sed hæ ipsæ partes habent rursus ordinem suum : nam et in præmio primum est aliquid, et secundum, ac deinceps : et *quæstio* omnis ac locus habet suam dispositionem, ut theses etiam simplices.

Nisi forte satis erit dividendi peritus, qui controversiam in hac diduxerit, *an omne præmium viro forti dandum sit, an ex privato, an nuptiæ, an ea, quæ nupta sit, an hæc?* deinde, quum fuerit de prima quæstione dicendum, passim, et ut quidque in mentem veniet, miscuerit? non primum in ea scierit esse tractandum, *verbis legum standum sit, an voluntate?* hujus ipsius particulæ aliquod initium fecerit? deinde, proxima subnectens, struxerit orationem, ut pars hominis est manus, ejus digiti, illorum quoque articuli? est hoc, quod scriptor demonstrare non possit, nisi certa, definitaque materia. Sed quid una faciet, aut altera? quin immo centum ac mille, in re infinita.

Le devoir d'un maître est donc de faire voir journallement, tantôt dans une espèce, tantôt dans une autre, l'ordre qui doit régner entre les questions, et le lien qui les doit unir, pour que peu à peu l'élève s'y habitue et s'en serve dans les cas analogues. Car on ne peut pas enseigner tout ce que l'art est susceptible de produire. Quel peintre a jamais appris à dessiner tout ce que renferme la nature? Cependant, il lui suffit d'avoir acquis le talent de l'imitation, pour que son pinceau reproduise fidèlement tout ce qui lui est soumis. Quel est l'artiste qui n'ait imaginé quelque forme de vase dont il n'avait jamais vu le modèle? il y a donc des choses qui dépendent non de ceux qui enseignent, mais de ceux qui apprennent. Un médecin dira fort bien ce qu'il convient de faire dans chaque genre de maladie, à quoi il faut pourvoir quand certains signes se manifestent; mais c'est son génie seul qui lui fera interroger avec pénétration le baltement des artères, le degré de la chaleur, les mouvements de la respiration et les accidents du teint, symptômes qui varient suivant le tempérament de chaque malade.

Puisons donc beaucoup dans notre propre fonds; consultons toutes les ressources de nos causes, et persuadons-nous le bien: l'art a été inventé avant d'être enseigné. Rien de plus essentiel que la disposition qui constitue véritablement l'économie de toute une cause; mais, il faut, pour la bien faire, avoir, pour ainsi dire, tout sous les yeux. C'est alors qu'on juge s'il convient d'employer l'exorde ou de s'en passer; de se livrer à l'exposition continue des

Præceptoris est, in alio atque alio genere quotidie ostendere, quis ordo sit rerum, et quæ copulatio; ut paulatim fiat usus, et ad similia transitus: tradi enim omnia, quæ ars efficit, non possunt. Nam quis pictor omnia, quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? sed percepta semel imitandi ratione, assimilabit, quidquid acceperit: quis non faber vasculum aliquod, quale nunquam viderat, fecit? quædam vero non docentium sunt, sed discentium. Nam medicus, quid in quoque valetudinis genere faciendum sit, quid quibusque signis providendum, docebit; vim sentiendi pulsus venarum, caloris motus, spiritus meatum, coloris distantiam, quæ sua cujusque sunt, ingenium dabit.

Quare plurima petamus a nobis, et cum causis deliberemus, cogitemusque homines ante invenisse artem quam debuisset. Illa enim potentissima est quæque vere dicitur *œconomica* totius causæ *dispositio*, quæ non constitui, nisi velut in re præsentè, potest: ubi assumendum præcæm, ubi omittendum?

faits ou de la diviser ; si l'on doit prendre les choses dès l'origine, ou, à la manière d'Homère, par le milieu ou par la fin ; si même il ne serait pas mieux de ne rien exposer du tout ; quand nous devons commencer par nos propositions ou par celles de nos adversaires, par les preuves les plus fortes ou par les plus faibles ; quelles questions nous traiterons dans l'exorde ou qui auront besoin d'être préparées ; ce qu'on peut dire sur-le-champ au juge, ce à quoi il faut le disposer peu à peu ; si l'on réfutera chaque grief en particulier ou tous en masse ; si l'on réservera le pathétique pour la péroraison ou si on le répandra dans tout le cours du plaidoyer ; si l'on se fondera sur le droit ou si l'on invoquera l'équité ; dans quels cas on s'attachera aux faits antérieurs ou à ceux de la cause, soit pour les reprocher à son adversaire, soit pour s'en disculper ; et, quand les incidents sont nombreux, quel ordre on suivra, quels témoignages on réclamera, quel genre de pièces on fera lire pendant la plaidoirie, quelles autres on tiendra en réserve. C'est ainsi qu'un général déploie ses talents par une sage distribution de ses troupes pour les diverses chances de la guerre ; qu'il en destine une partie à garder des forteresses, une autre à tenir garnison dans des villes, une autre à escorter des convois, une autre à s'emparer des chemins, et qu'enfin il divise ses forces par terre et par mer, suivant les besoins.

Aucune de ces prévoyances n'échappera à l'orateur en qui se réuniront, comme autant d'auxiliaires, le génie, la science et

ubi utendum expositione continua, ubi partita? ubi ab initiis incipiendum, ubi more Homérico e mediis, vel ultimis? ubi omnino non exponendum? quando a nostris, quando ab adversariorum propositionibus incipiamus, quando a firmissimis probationibus, quando a levioribus? qua in causa præponendæ proœmiis quæstiones? qua præparatione præmuniendæ? quid iudicis animus accipere possit statim dictum, quo paulatim deducendus? singulis, an universis opponenda refutatio? reservandi perorationi, an per totam actionem diffundendi affectus? de jure prius, an de æquitate dicendum? antea cta crimina, an de quibus iudicium est, prius objicere vel diluere conveniat? Si multiplices causæ erunt, quis ordo faciendus, quæ testimonia, tabulæve, cujusque generis in actione recitandæ, quæ reservandæ? Hæc est velut imperatorja virtus copias suas partientis ad casus præliorum, retinentis partes propter castella tuenda, custodiendasve urbes, petendos commeatus, obsidenda itinera, mari denique ac terra dividendis.

Sed hæc in oratione præstabit, cui omnia affuerint, *natura, doctrina, stu-*

l'étude. N'espérons donc pas devenir éloquents en nous appropriant seulement le travail d'autrui. Il faut pâlir dans les veilles, tenter de généreux efforts, et nous créer un talent, une manière qui soit à nous, il faut enfin ne pas courir après nos ressources, mais les avoir, pour ainsi dire, sous la main, en sorte qu'elles semblent plutôt un don de la nature que le fruit des préceptes. L'art peut bien à la rigueur indiquer promptement le chemin qu'il faut suivre, si tant est qu'il y ait un art pour cela; mais au moins, et c'est assez, met-il à notre disposition toutes les richesses de l'éloquence; c'est à nous de savoir en faire usage.

Il me reste à parler de la disposition des parties, car dans ces parties elles-mêmes il y a une certaine gradation à observer pour les pensées. Non-seulement on doit s'étudier à les classer dans l'ordre convenable, mais il faut les lier et les cimenter entre elles de telle manière, qu'on ne puisse, en quelque sorte, en apercevoir le joint, et que tout forme un corps plutôt que des membres. C'est ce qui arrivera si l'on observe de mettre chaque chose à sa place, et si l'on n'accouple que des mots qui, loin de se heurter, s'embrassent étroitement. Alors, on ne verra plus de ces rapprochements forcés d'idées qui se repoussent; il y aura liaison entre ce qui précède et ce qui suit, et tout se tiendra par enchaînement: ainsi le discours aura l'air non-seulement d'avoir été composé, mais d'avoir été fondu d'un seul jet.

dium: quare nemo exspectet, ut alieno tantum labore sit disertus: vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum: est facienda sua cuique vis, sua ratio; non respiciendum ad hæc, sed in promptu habenda; nec tamquam tradita, sed tamquam innata. Nam viam demonstrare velociter ars potest, si qua est; verum ars satis præstat, si copias eloquentiæ ponit in medio; nostrum est uti eis scire.

Reliqua partium est demum dispositio; et in his ipsis primus aliquis sensus, et secundus, et tertius; qui non modo, ut sint ordine collocati, laborandum est, sed ut inter se juncti, atque ita cohærentes, ne commisura pelluceat; corpus sit, non membra. Quod ita continget, si et, quid in quoque conveniat viderimus, et ut verba verbis applicemus, non pugnancia, sed quæ invicem complectantur: ita non res diversæ distantibus ex locis quasi invicem ignotæ collidentur, sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus se copulaque tenebunt; ac videbitur non solum composita oratio, sed etiam continua.

Mais moi-même je vais peut-être trop avant, entraîné que je suis par la transition, et je passe sans m'en apercevoir de la disposition à l'élocution, dont je dois aborder les préceptes dans le livre suivant.

Verum longius fortasse progredior fallente transitu, et a dispositione ad elocutionis præcepta labor, quod proximus liber inchoabit.

LIVRE HUITIÈME

EXORDE

Les préceptes que j'ai développés dans les cinq livres qui précèdent contiennent à peu près tout ce qui peut guider dans l'*invention* et la *disposition*, deux parties de l'art qu'il est indispensable de connaître à fond, si l'on veut arriver au plus haut point de la science, mais qui demandent à être enseignées avec ménagement et simplicité aux commençants; car, autrement ou ils sont rebutés par un travail long et compliqué qui les embarrasse, où ils se dessèchent sur des matières épineuses dans le temps même où leur esprit a surtout besoin de nourriture et d'une nourriture choisie et délicate. Que s'ils parviennent enfin à se mettre tout cela, et rien que cela, dans la tête, ils se croient dès lors suffisamment formés pour l'éloquence, ou bien, esclaves superstitieux de certaines règles, de certaines formules, ils n'osent plus tenter aucun effort pour s'en dégager : d'où vient, comme on le croit, que ceux qui ont le mieux disserté sur l'éloquence ont été les plus maigres des orateurs.

LIBER OCTAVUS

PROŒMIUM

His fere, quæ in proximos quinque libros collata sunt, ratio *inveniendi*, atque inventa *disponendi*, continetur : quam ut per omnes numeros penitus cognoscere, ad summam scientiæ necessarium est, ita incipientibus brevius ac simplicius tradi magis convenit : aut enim difficultate institutionis tam numerosæ atque perplexæ deterrerentur solent : aut eo tempore, quo præcipue alenda ingenia, atque indulgentia quadam enutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atteruntur : aut, si hæc sola didicerint, satis se ad eloquentiam instructos arbitrantur ; aut, quasi ad certas quasdam dicendi leges alligati, conatum omnem reformidant : unde existimant accidisse ut, qui diligentis simi artium scriptores exstiterunt, ab eloquentia longissime fuerint.

Il faut pourtant bien, dira-t-on, mettre sur la voie ceux qui commencent : oui, sans doute; mais je veux que le chemin soit uni, et qu'il ne coûte pas plus à suivre qu'à indiquer. Un maître habile s'attachera donc à choisir ce qu'il y a de plus sain dans les préceptes, et s'en tiendra à ceux qui lui paraîtront tels, sans s'arrêter à réfuter les autres. Les disciples se laissent volontiers conduire. Bientôt d'ailleurs les connaissances croîtront chez eux avec les forces, et s'ils croient d'abord qu'il n'y a pas d'autre chemin que celui qu'on leur fait prendre, ils seront promptement en état de juger si c'est le meilleur. Les principes ne sont ni obscurs ni rebelles à l'intelligence; ce sont les écrivains qui les ont embrouillés par leur entêtement à soutenir des opinions diverses. Aussi, dans tout ce qui traite de l'art oratoire, est-il plus difficile de juger ce qui est bon à enseigner que d'enseigner ce qui est jugé bon. Et, par exemple, pour les deux parties que nous avons déjà embrassées, les règles étant en fort petit nombre, l'élève qui les abordera courageusement enlèvera, pour ainsi dire, le reste en courant.

Je crois, en effet, n'avoir rien négligé pour démontrer que la rhétorique est *la science de bien dire, qu'elle est utile, qu'elle est un art et même une vertu*; que sa matière est immense, puisqu'elle s'étend à *tous les objets* dont on peut parler, lesquels se renferment à peu près dans les trois genres *démonstratif, délibératif et judiciaire*; que tout discours se compose *de choses et de*

Via tamen opus est incipientibus, sed ea plana, et quum ad ingrediendum, tum ad demonstrandum expedita : eligat itaque peritus ille præceptor ex omnibus optima, et tradat ea demum in præsentia quæ placent, remota refutandi cetera mora : sequuntur enim discipuli, quo duxeris : mox cum robore discendi crescet etiam eruditio. lidem primo solum iter credant esse, in quod inducentur, mox illud cognituri etiam optimum : sunt autem neque obscura, neque ad percipiendum difficilia, quæ scriptores diversis opinionibus pertinaciter tuendis involverunt ; itaque in toto artis hujusce tractatu difficilior est judicare, quid doceas, quam quum judicaris, docere ; præcipueque in duabus his partibus perquam sunt pauca, circa quæ si his, qui instituetur, non repugnaverit, proum ad cetera habiturus est cursum.

Nempe enim plurimum in hoc laboris exhausimus, ut ostenderemus rhetoricen *bene dicendi scientiam, et utilem, et artem, et virtutem esse*; materiam ejus *res omnes*, de quibus dicendum esset; tum et eas in tribus fere generibus, *demonstrativo, deliberativo, judicialique* reperiri : orationem porro omnem

mots; que l'*invention* s'applique aux choses, et l'*élocution* aux mots; que la *disposition* est nécessaire à ceux-ci comme à celles-là; que la *mémoire* est gardienne du tout, et que le débit ou l'*action* le fait valoir; que le devoir de l'orateur est tout entier dans ces trois conditions, *instruire, toucher, plaire*; qu'on se sert de l'*exposition des preuves* et des *arguments*, pour instruire; que c'est par les *mouvements de l'âme* qu'on parvient à toucher, et que ces mouvements doivent animer toute la cause, mais dominer particulièrement dans l'exorde et dans la péroraison; que la condition de plaire, quoique liée aux choses et aux mots, réside plus spécialement dans l'élocution; qu'il y a des questions *indéfinies* et des questions *définies*, ces dernières se rapportant à des personnes, à des lieux, à des temps déterminés; que dans toute controverse, il y a ce triple examen à faire : *si une chose est? ce qu'elle est? quelle elle est?*

J'ai ajouté : le genre *démonstratif* consiste à louer ou à blâmer; il faut envisager dans son sujet ce qu'a fait celui dont on parle, et ce qui a été fait après lui; ce genre s'exerce sur l'*honnête* et l'*utile*; à cela se joint, dans le genre *délibératif*, une troisième considération tirée de la conjecture, savoir si ce dont on délibère *peut* ou *pourra se faire*. J'ai fait remarquer, à propos de ce genre, qu'il importait surtout de savoir *qui parlait, auprès de qui et de quoi on délibérait*.

Venant au genre *judiciaire*, j'ai fait voir qu'il y avait des causes

constare rebus, et verbis; in rebus intuendam *inventionem*; in verbis *elocutionem*, in utraque *collocationem*: quæ *memoria* complecteretur, *actio* commendaret. Oratoris officium, *docendi, movendi, delectandi* partibus contineri; ex quibus ad docendum, *expositio* et *argumentatio*; ad movendum, *affectus* pertinerent: quos per omnem quidem causam, sed maxime tamen in ingressu ac fine dominari: nam *delectationem*, quamvis in utroque sit eorum, magis tamen proprias in *elocutione* partes habere. *Quæstiones* alias *infinitas*, alias *finitas*, quæ personis, locis, temporibus continerentur; in omni porro materia tria esse quærenda, *an sit? quid sit? quale sit?*

His adjiciebamus, *demonstrativum* laude ac vituperatione constare; in ea, quæ ab ipso, de quo diceremus, quæ post eum acta essent, intuendum; hoc opus tractatu *honestorum utiliumque* constare: *suasoriis* accedere tertiam partem ex conjectura, *possetne fieri?* et, *an esset futurum?* de quo deliberaretur: hic præcipue diximus spectandum, *quis, apud quem, quid?* diceret.

Judicialium causarum alias in singulis, alias in pluribus controversiis con-

qui ne comportaient qu'un point litigieux, d'autres qui en comportaient plusieurs, et que dans quelques-unes on n'avait à examiner que le droit même d'intenter une action ou celui de la repousser. Tout accusé, ai-je dit, repousse une accusation, soit en niant le crime qu'on lui impute, soit en niant la qualification qu'on lui donne, ou bien il cherche à le justifier, ou bien il le rejette sur autrui. Toute question tombe sur le *fait* ou sur le *droit*; si c'est sur le fait, on s'attache à ses probabilités, à son caractère, à sa qualité; si c'est sur le droit, on s'en tient aux termes de la loi, ou l'on en scrute l'intention : et c'est là que réside la constitution réelle tant des causes oratoires que des actions judiciaires; là que se développent les quatre états de questions legales, qui se tirent de la lettre et de l'esprit d'une loi, de l'induction ou syllogisme, des termes ambigus ou amphibologie, de la contradiction des lois, ou antinomie.

J'ai divisé le plaidoyer en cinq parties : l'exorde pour se concilier l'auditoire, la narration pour exposer les faits de la cause, la confirmation pour corroborer ses preuves, la réfutation pour détruire celles de son adversaire, et enfin la péroraison pour soulager la mémoire du juge, ou pour l'émouvoir. J'ai indiqué les lieux d'où nous devons tirer nos arguments et nos mouvements oratoires; j'ai montré par quels moyens on peut passionner ses juges, les calmer, exciter même leur hilarité. Enfin, j'ai tracé des règles pour distribuer toutes les parties d'un plaidoyer. Puissent les étudiants se persuader qu'on peut arriver à un certain point

sistere; et in quibusdam sufficere modo intentionem, modo depulsionem porro depulsionem omnem infitiatione duplici, factumne, et an hoc factum esset. præterea aefensione ac translatione constare : quæstionem aut ex facto, aut ex scripto esse; ex facto, de rerum fide, proprietate, qualitate; ex scripto, de verborum vi, aut voluntate; in quibus vis tum causarum, tum actionum inspicit solear, quæque aut scripti et voluntatis, aut ratiocinativæ, aut ambiguitatis, aut legum contrariarum specie continetur.

